

ERGÄNZUNGEN ZUM LEXICON LATINITATIS MEDII Aevi HUNGARIAE

Seit 1986 kann man vom mittellateinischen Wörterbuch Ungarns (*Lexicon Latinitatis Medii Aevi Hungariae*) reden. Die Schlußlieferung des ersten Bandes (A-B) ist im J. 1987 erschienen, die des zweiten Bandes (C) im J. 1991, der dritte Band (D-E) im J. 1992 und der letzte (F-H) im J. 1993; die Arbeiten des nächsten Bandes (I) sind im Laufe.

Die bisher erschienenen Besprechungen geben uns darüber Beweise, daß die Ziele, die wir am Anfang gesetzt haben, richtig waren, und daß es uns in den meisten Fällen gelang unsere Absichten zu verwirklichen. Es sei uns gestattet, hier die bis jetzt uns bekannt gewordenen Rezensionen kurz anzuführen:

Deutsche Literaturzeitung, 112 (1991: Jan.-Febr.) 29-32 (R. Gründel); 113 (1992: Nov.-Dez.) 769-770 (R. Gründel).

Deutsches Archiv für Erforschung des Mittelalters, 48 (1992: 1) 290-291 (G. S.).

Humanistica Lovaniensia, 38 (1989) 369 (Annotierung).

Levéltári Szemle, 40 (1990: 3) 81-88 (Solymosi L.).

The Library Quarterly, 1990 jan. 88 (Annotierung).

Mnemosyne, 46 (1993: 1) 119-121 (A. P. Orbán).

Oxford Journals, 1991: 1 131-132 (R.P.H. Green).

Revue Belge de Philologie et d'Histoire, 71 (1993: 4) 1048 (A. Dierkens).

Salesianum, 53 (1991: 2) 448 (R. Bracchi); 56 (1994: 2) 416-417 (R. Bracchi); 56 (1994: 3) 619-620 (R. Bracchi).

Südost-Forschungen, 52 (1993) 368 (Karl Nehring).

Parallel mit den Arbeiten, die zu den erwähnten Erfolge führten, hat man weitere Quellen für das *Lexicon* ausgezettelt. Das Ergebnis dieser Erforschung war reich an interessanten, aus verschiedenen Hinsichten wertvollen Beiträgen, die wir dann in der Szegediner Zeitschrift *Aetas* als Ergänzungen veröffentlicht haben (*Aetas* 1991: 1 pp. 187-210; 1994: 1 pp. 250-279). Im

dort publizierten Material findet sich ein großer Anzahl solcher Angaben, die entweder als neue Wörter, oder im *Lexicon* schon registrierte Wörter mit weiterer Bedeutung, mit neuem Richtfall usw. den Bestand der ersten vier Bände unseres Wörterbuchs ansehnlich ergänzen dürfen. Im folgenden möchten wir sie in alphabetischer Reihenfolge, mit lateinischen Auslegungen — der Methode unseres *Lexicons* gemäß — anführen.

A

a prima littera alphabeti, qua primus in ordine locus designatur: Sub littera A in bybliothecca cum renovacionibus et confirmationibus tam papalium, quam regalium pri<v>ilegiorum depositum et consignatum: *c.1400 PRT II p. 251.*

abbato, -onis m. abbas (nisi mendum): Ubi sunt due mete antique, quarum una renovata separat hanc terram Prwk, alia vero similiter renovata terram abbatis de Pilis, que dicitur alodium abbati (*recte forsan: Adalberti*) abbatonis: *1411/XVII Zsigm.oklt. III, 41.*

abduco, -ere, -duxi, -ductus amovere, remove: Quin, ... sceleste, statim abducis (οὐκ ἀπάξις) e convivio mulierem?: IAN.PANN. *Plut.dicta* p. 45. Cum ... homo inter abducendum (ἀγόμενος) commemoraret ducentibus (πρὸς τοὺς ἄγοντας) multos se dies arcum non exercuisse, ... audiens Alexander admiratus est: *Ibid.*

abintro adv. (ab intro) intus, in parte interiore: Signeta eorum propria ad presentem litteram ab intro *appresserunt:* *1421 Mon.Budapest III/2 p. 59.*

abitio, -onis f. fuga, discessus clandestinus: Unacum residuis bobus dicti Georgii ... per ipsum exponentem ab eodem Georgio ... propter clandestinam abicionem receptis (*superius: qui ... ab eodem exponente furtim et clandestine ad bona dicti Michaelis Chaaky recessisset*): *1510 DI 73 349.*

ablego, -are remove; rem: Impedimenta omnia edixit ablegari (ἀποπέμπειν) praeter ollam, veru et poculum fictile: IAN. PANN. *Plut.dicta* p. 74.

ablutio, -onis f. eccl.: aqua, qua operimentum arae sim. Sanguine Christi fortuito conspersum ablutum est: Si ... de San-

guine Christi super pallam ... ceciderit, pars, super quam cecidit, abluatur, et ablutio a sacerdote ... sumatur: *Syn.1279.* 102 (p. 150).

abmedius, -a, -um *dimidius, medius*: Unum barile abmedium, quasi pondus de globis pixidariis ferreis: *1489 HitK I* p. 496.

abnego, -are *recusare, nolle reddere; cum inf.*: Si eidem de aliquibus sedibus reddi *birsagia (i.e. multae)* abnegabuntur: *1466 Stat.Transsylv.* p. 4.

abnocto, -are (*ab aliquo loco*) *procul pernoctare*: Non me ... latet te praeter morem abnoctare (ἄπονυκτερεῶν): IAN. PANN. *Plut.dicta* p. 67.

aborsus, -us *m. abortus, actus fetus partu praematurato edendi*: Sed queritur, quomodo Beata Maria mox post conceptum fuerit ausa festinanter ambulare in montana via tam longa, cum pro tunc periculum magnum sit aborsus, quando scilicet mulier noviter concepit: PELB.TEM. *Stell.* p. 51^r.

abruptus, -a, -um *periculosus*: In abruptis et ingentibus ausis facto dicebat opus esse (τῶν ... τολμημάτων παράβολα καὶ μεγάλα πράττειν ἔφη δεῖν), non consulto: IAN.PANN. *Plut. dicta* p. 82.

abscondo, -ere, -di, -ditus *v. -consus condere, reponere, celare, occultare; refl.*: Cum ... homines huc illuc de partibus illis se absconderent: ROGER. 34 (p. 579). Abbas ... abscondit se in monasterio, ut audiret consilium: *Chron.saec.XIV.* (V) 116 (p. 382). — *Transl.*: Non absconditur (οὐκ κρύπτεται) laetitia regis in successu, nec risus in lusu, nec humanitatis gratiaeve apparatus; formidolosa est latitatio: IAN.PANN. *Plut.negot.* p. 28. — *Fere i.q. sepelire*: Quod ... nobilem dominam ... miserabili nece interimi fecissent, ... funus seu corpus iamdicte domine <...> extra cimiterium in loco inepto et illicito abscondissent: *1376 Sztáray oklt.* I pp. 432-433.

absentia, -ae *f. actus non veniendi v. comparendi (fere de personis); gener.; plur.*: Deputentur aliqui a singulis capitulis, ... qui absentias et negligentias talium notent et scribant: *Syn.1279.* 49 (p. 104); *cf. ibid.* p. 103: quod praepositi, canonici, plebani ... horis canonicis ad minus matutinis, missae vel vesperis intersint.

absinthium, -i n. (absinteum) *herba v. potio amara*: Post festum Circumcisionis Domini remanserunt septem vasa vinorum et quattuor vascula vinorum cum absintheo: *c.1520 DI 26 240*.

absolvo, -ere, -solvi, -solutus solvere, liberare, expedire; ab officio: Frater Michael minister generalis per dominum papam ab officio absolvitur: *Chron.F.M.O.* p. 222; *sim.* p. 246.

absque praep. 'a. hoc, quod' i.q. praetermisso eo, quod: Commissarius pater ... bene stetit in medio inter patres et fratres, absque hoc, quod finaliter adhaerebat quorundam suggestionibus: *Chron.F.M.O.* p. 293.

abula, -ae f. v. abulum, -i n. cibus (piscis?) quidam (?): Cursori ad Czybinium 200 den. Pro allecis 100 et 32 den. Pro abulis 33 den.: *1444 Fejérpataky, Szám.* p. 600.

abundo, -are se diffundere, crescere; de personis: Quedam ... statuta ... iussit promulgari, ut terra malis hominibus, qui habundabant plurimum, expurgaretur: *ROGER.* 4 (p. 555).

abutor, -uti, -usus sum male, iniuste uti (aliqua re); a. homine: Consulentes sibi crudeliter Atheniensibus abuti (πικρῶς χρῆσθαι) dicebat esse absurdos: *IAN.PANN. Plut. dicta* p. 40. Consulebat ... potentes in rebus publicis sive probos, sive improbos in amicitiam alliciendos, deinde his utendum, illis abutendum (χρῆσθαι ... ἀποχρῆσθαι): *Ibid.* p. 41.

1. accedo, -ere, -cessi, -cessus de mutatione loci; intentione v. colore speciali; iur.: locum mutare, migrare: Populi et alii, quicumque ad eandem villam accedere voluerint, ... debita domino suo solvere tenebuntur: *1275 Solymosi, Hospes* p. 68.

1. accendo, -ere, -cendi, -census incendere, inflammare; proprie; in imag.: Ut in aliis etiam ... fidelitatis igniculus accendatur: *1245/1251 CD Croat. IV* p. 272. — *Transl. de affectibus*: Quae in vita ... vitiosa sunt, .. iis excitatur inimicus, ad ea omnes odiis accensi (οἱ μισοῦντες) provolant: *IAN.PANN. Plut.inim.* p. 7. Sic fatus virtute viros accendit: *TAUR. Staur. IV*, 111.

1. acceptatio, -onis f. arbitrium, voluntas, studium (personarum): Vicarius plurima contra libertatem regulae inducens, etiam regale legibulum, filiae regis Belae in conventu Strigoniensi servatum, saecularibus pro sui acceptatione qualibuscunque personis dividebat: *Chron.F.M.O.* p. 246.

acceptativus, -a, -um *qui aliquid acceptum reddit*: Illa est provida nostre serenitatis largitio, illa apud Dominum, largitorem omnium acceptativa (*var. eiusdem arengae, 1355 Dl 4534*: accepte) dignitatis condigna responsio, quam in sanctam matrem ecclesiam sponsam Christi et ... ministros eius debite recognitionis officio alacri et benigno dispensamus affectu, per hanc in celis vite meritis asscribimur et per hanc eterne retributionis premia prestolamur: *1367 Dl 5633*.

accidentalís, -e *philos.: ad accedens spectans; extra philosophiam*: Quot bona fiunt in ordine toto vel religione, totiens gaudium accidentale crescit illius ordinis institutori, puta Beato Francisco de Ordine Minorum: PELB.TEM. *Pom.sanct.hiem. LXXVI, E*.

accingo, -ere, -cixi, -cinctus *praeparare, instituere, armare; nominato fine; cum inf.:* Prout ... comperimus, dominus Fredericus ... pro reformatione Imperii Italiam ingredi se potenter et instanter accingat (*sic*): *1237/XIX CD Slov. II p. 16*.

accumulata, -orum *n. forsitan: augmentum v. proventus*: Idem de accumulatis et apibus venditis eiusdem anni fl. XL minus d. X: *1523 CD Zichy XII p. 425*.

accumulo, -are *in cumulum redigere, coacervare; transl.: ita, ut aliquid maius v. plus fiat; addere, cum 'super' (acc.):* Ne ... usura super usuram acumuletur: *1378 Dl 42 081*.

acephalus, -a, -um *ut subst.: acephalus, -i m.: qui praeest, praefectus, qui superiorem non habet*: Sed ... ne conventus noster interim acephalo careat, petita vestra fecimus, et fratrem Christophorum pro priore remisimus: *1489 Dipl.Sáros p. 530*.

acer, acris, acre *severus, constans, fortis, obstinatus*: Ipse clamabat populum acris (*ἀποτόμου*) medico et grandi repurgamento indigere, quapropter non lenissimum quemque, sed indeprecabilem eligendum: IAN.PANN. *Plut.dicta p. 71*.

acerbitas, -atis *f. amaritudo, tristitia*: Ambo hec salutaria sunt, sed non ambo suavia; compassio enim acerbitatem habet, sola pietas consolacionem veram ... querit: IOH.VITÉZ *Or. 7, 60*. Que *partes regni* similimodo, nisi prefatis inimicis ... obviam iremus, quod et facere ex acerbitate, quam ferimus, volumus, eandem oppressionem ... possint periclitari: *1454 CD patr. VII p. 472*.

acheronticus, -a, -um *infernus*: Dei Filius ... ex acheronticis tenebris animas erutas liberavit (cf. PRUD. *Cath.* 5, 127): 1171 *ÓMO* p. 48.

acolythatus, -us *m. munus cerei deportandi ab acolytho actum*: Si ... dies solemnis aderit, et in tabula descriptus defecerit causa legitima cessante, per se vel saltem similem sui in dignitate, officio vel canonia constitutum in missa, epistola, evangelio chorando, ad mitram, crucem, baculum, turribulum, acolitatus vel aliud quodcunque officium descriptus si in missa defecerit, in decima parte floreni ... mulctetur: *Visit. Str.* p. 69.

aconalis, -e (akonalis) *ad tributum vini spectans, (vinum) pro tributo exactum*: Introitus vinorum in profesto Beati Michaelis: item vina de propria vinea XV ... Item akonalia vina XXXVIII: 1520 *DI* 26 221.

acrus, -a, -um (forsitan ex 'acer, acris, acre') 'lac acrum' i.q. *lac concretum, δξύγαλα*: Item lac acrum asp. 3: 1526 *Qu. Kronstadt* II p. 12.

acticus, -a, -um *ut subst.: industria*: Buzaldi stirps processit / de Orlemund, que actica / in militari practica / sepiissime expressit: MÜGELN 22 (p. 251).

actio, -onis *f. iur.: quaestio, lis; in imag. forsitan i.q. multa*: Quod ... Stephanus ... insuper tallias seu acciones multum graves ... crudeliter recepisset: 1307 *Mon.Str.* II p. 579.

actito, -are *aliquid deliberare, de aliqua re consilium habere*: Singulis actis actitatis, ruminatis, digestis et ad plenum calculatis ... ad ... sententiam definitivam duximus procedendum: 1465 *TT* 1898 p. 592.

actoreus, -a, -um (actorius) *ut subst. gener.: 'gratiarum actoriae' i.q. litterae gratiarum actionem continentes*: Ad pontificem Paulum Secundum gratiarum actorie, quod regi Hungarie conservationi intendat (*inscriptio epistulae regis in codice coaevo*): 1465 *Mátyás lev.* I p. 88.

acus, -us *f. instrumentum acutum, quo feminae crines v. vestes suas in nodum colligunt*: Unam tunicam ... muliebri more factam fl. III, ... acum magnum argenteum nodosum den. XXV ... valentia ... abstulerunt: 1513 *Héderváry oklt.* II p. 394. Quia ... Moyses ... unum acum gemmis adornatum ... eisdem remisisset: 1518 *DI* 82 499.

ad praep. acc. 'ad nihilum' i.q. nihil: Ut talem ... lupum rapacem ... de ovili eiiceret, quia in eo salus discretionis defecit, et iam ad nihilum valet ultra, nisi ut foras mittatur: *Chron.F.M.O.* p. 246.

adaequo, -are comparare, conferre aliquid alicui: Leosthenes ... videns cunctos spe pulchra ad libertatis et principatus nomen erectos, verba illius adaequabat (ἀπείκαζε): IAN.PANN. *Plut. dicta* p. 56.

additamentum, -i n. donum, munus, accessio: Atheniensibus ad quoddam sacrificium flagitantibus additamentum (ἐπιδόσεις), et caeteris concedentibus ipse ... inquit *etc.*: IAN.PANN. *Plut. dicta* p. 55.

additio, -onis f. adiectio, additamentum; de litteris, quibus aliquid ascribitur: Quia ... dicte restitutionis articulus extra terminum privilegii addicione mutili per variacionem manus scribentis et eciam per diversitatem atramenti non modicam fuerat annotatus: *1245 CD Slov.* II p. 143.

adexeo, -ire, -ii, -itus (forsitan mendum pro 'exeo') exire, finire: Datum Aurane ... die XXVI-a adexeunte Decembris: *1298 CD Croat.* VII p. 323.

adhaereo, -ere, -haesi, -haesus adesse, comparare, interesse; de personis: 'in praesentia alicuius a.': Ladislaus ... in nostram adherendo praesentiam ... proposuerat, ... quod *etc.*: *1405/1406 CD Zichy V* p. 395. Quod ... Nicolaus ... nostri in praesentia personaliter adherens ... proposuit, ... quod *etc.*: *1407 Ibid.* p. 491.

adiungo, -ere, -iunxi, -iunctus de personis, in malam partem: cogere, adigere: Si ablatas ... Christianis sponsis sponsas legitimas Neugariorum suorum fedis adiungat amplexibus rex: *1288/? Sz 1910* p. 10.

adiutamentum, -i n. auxilium, adiumentum: Stephano et Benedicto, ... ex quo prestiterint adiutamentum edificatoribus acervorum infra quatuor dies, dedi sales VIII: *1474 DI 103 760.*

adlego, -legere, -legi, -lectus legere in locum aliquem, adnumerare: Quendam e familiaribus Antipatri cum adlegisset (κατατάξας) in ordinem iudicum, deinde sensisset mentum et caput tingere, continuo removit: IAN.PANN. *Plut. dicta* p. 42.

adolescentulus, -i m. (adulescentulus) puer admodum iuvenis; gener.: Themistocles etiamnum adolescentulus (ἔτι μαι-

ράκιον ὄν) inter vina et scorta volutabatur: IAN.PANN. *Plut. dicta* p. 51. — *Spec.: iuvenis nobilis (?) serviens v. minister:* Excogitata quadam astutia, misso prius quodam adolescentulo scilicet suo eidem exponenti ignoto ad hospitium eiusdem actoris, eundemque ex hospitio suo ... nomine egregii Lodovici Zerechen ... vocari fecit: 1506 *Podmaniczky oklt.* I p. 494.

adoro, -are (*regem*) *salutare*: Domini ... flexis usque terram genibus regem adorarunt: 1452 *Sz* 1910 p. 560. Rege mox declarato Xerxe Arimenes ... continuo adoravit (προσεκύνησε) et diadema imposuit: IAN.PANN. *Plut. dicta* p. 34.

adulter, -a, -um *matrimonium violans, impudicus*: Acerrime increpuit pueros, quasi propemodum adulter eorum opera factus (μοιχὸς γενόμενος): IAN.PANN. *Plut. dicta* p. 43.

adulterinus, -a, -um (*adulterius*) *impudicus, libidinosus, matrimonium violans*: Quod illam personam ... adulterinis sibi amplexibus colligatam ... alicui, dum tamen catolico, matrimonialiter copularet: 1288/? *Sz* 1910 p. 5. Quod ... illam viperam venenosam, ... adulterinis sibi nexibus colligatam, ... a carnali sua cohabitatione seiunctam ... alicui ... matrimonialiter copularet (*sc. rex*): *Ibid.* p. 9. Lata de adulteriis (περὶ τῶν μοιχῶν) lege: IAN.PANN. *Plut. dicta* p. 84.

aduno, -are *coniungere, in unum cogere; sensu med.:* Ubi Anduchpotaka (*i.e. rivus Anducus*) venit adunando ad ipsum Feketeviz (*i.e. Aquam Nigram*): 1319 *CD Zichy* I p. 164.

aduro, -ere, -ussī, -ustus *amburere, comburere; de exustione lapidis calcarii*: Hic, ubi fumificis (*ed.: fulnificis*) olim fornacibus aetna / ignea erat (*cf. OVID. Met. XV, 340-341*), munus recoquendae calcis adustum: TAUR. *Staur.* I, 181-182.

adveho, -ere, -vexi, -vectus *apportare, importare*: Atticas caricas esurum se negabat venum advectas (ἰσχάδας ... ὀνίους κομψθείσας), sed tunc demum, cum ferentem eas terram obtinisset: IAN.PANN. *Plut. dicta* p. 34.

adversio, -onis *f. animadversio, visus (alicuius rei)*: Immen-sorum quippe dolorum causam multiplicem ... regnicolis universis indesinenter ingerit (*sc. rex*), quod non lacrimandum quis referat, quod non lugendum quis audiat, novi ... Protei prefati, domini regis adversio flagitiorum: 1288/? *Sz* 1910 p. 2.

adverto, -ere, -verti, -versus *animus: vertere, dirigere in v. ad aliquid*: Machaetae cuiusdam causam discutiens et subdor-

mitans, non satis animum advertebat (οὐ πάνυ προσείχε) ad ius; IAN.PANN. *Plut. dicta* p. 42. Antigonus ... cum ... ex amicis quenpiam (*sic*) ... hortaretur, ne quicquam animum adverteret (μὴ προσέχειν), si quid ipse scriberet, *etc.*; *Ibid.* p. 48. — *Animadvertere, intellegere, sentire, videre; abs.*; Productis, quam graviter advertere Christiana valet sinceritas, arte mira ex oculis fallacibus lacrimis copiosis; 1288/? Sz 1910 p. 4.

advolvo, -ere, -volvi, -volutus *pass.*; *procumbere, prosterni*; Dum ... mei (*sic*) peccatoris pedibus flexis genibus humiliter advolutus audiret (*sc. rex*) hec omnia; 1288/? Sz 1910 p. 5.

aedificium, -ii *n. aedes, domus; in imag.*; Aliqui fratres ... ab altitudine religionis perfectissimae in barathrum peccatorum cadentes totum ... aedificium istius religionis conquassarunt; *Chron.F.M.O.* p. 218. — *Transl.; amplificatio, incrementum*; Exaudirii (*sic*) debent a principe preces honissime (*sic*), maxime que respiciunt ad ecclesiarum edificium et munimen; 1222/1344 CD Slov. I p. 203.

aedifico, -are (*vineam*) *constituere, (vites) serere*; Omnibus in promontorio silvae nostrae ... volentibus vineas aedificare contulimus hac iustitia mediante, quod *etc.*; 1344/XVIII DF 271 245. Si qui ex dictis populis iobagionibus in facie dicte possessionis Zwlws vineas edificaverint, tunc non prius decimas exigere possint de eisdem, quam *etc.*; 1418 PRT III p. 493.

aedilitas, -atis *f. dignitas v. magistratus aedilis*; T. Quintius ... clarus fuit adeo, ut ante tribunatum et praeturam et aedilitatem (πρὸ ... ἀγορανομίας) consul crearetur; IAN.PANN. *Plut. dicta* p. 68. C. Marius ... aedilitatem curulem (ἀγορανομίαν τὴν μείζονα) ambiens ubi se sensit obtinere non posse, eadem die ad plebeiam transiit; *Ibid.* p. 76.

aegritudo, -inis *f. morbus; nota locutiones*; Cum domina Vulfet ... in lecto (*sic*) aegritudinis decidisset; 1271 Haz.oklt. p. 60. Si quempiam ... infirmari contingant (*sic*), tamdiu, quousque in lecto aegritudinis decumberet, de singulis anniversariis ... habeat portionem; *Visit.Str.* pp. 63-64. — Licet eger corpore, compos tamen per omnia sue mentis, in ultima sua aegritudine tale condidit testamentum; 1404 Zsigm.oklt. II,3468. *De B. Ambrosio* legitur, quod dum in lecto ultimae aegritudinis appro-

pinquaret (*sic*), petitus a discipulis, ut sibi spatium vivendi a Domino impetraret, ... ait *etc.*: *Serm. dom.* I p. 3.

aemulor, -ari *optare, cupere*: Vestram, dilectissimi filii, paterne condensationis affectibus emulantes salutem, vobis consulimus, ... quatenus *etc.*: 1288/? *Sz* 1910 p. 10.

aequalis, -e *de qualitate interna: eiusdem aetatis*: Alexander adhuc puer ... ad aequales, qui secum educabantur, aiebat (πρὸς τοὺς συντρεφομένους ἔλεγε παιδάς) *etc.*: IAN.PANN. *Plut. dicta* p. 43.

aeque *adv. aequaliter, pariter, eodem modo; in comparatione; cum 'ac'*: Aequae ac prius periclitari iam noles (οὐκέτι γὰρ ἔθελήσεις κινδυνεύειν ὁμοίως) unus e divitum et beatorum numero factus: IAN.PANN. *Plut. dicta* p. 64.

aer, aeris *m. flatus (ventris)*: Propter repellere malum aerem pro raffano, vino et fico asso ac nucibus Hung<aricos> den<a-rius> 4: 1508 *M.Sion* 1863 p. 226.

aerugo, -inis *f. robigo (aeris)*: Thesaurum in celis abscondi dinoscitur, ubi nec erugo, nec tinea demolitur (*cf. Matth. 6, 20*): 1295/1403 *CD patr.* VIII p. 358. Quae testante Sacro Eloquio et ab eruginis rubigine, et a tineae demolitione illaesa semper et solida permanent: 1510/ XVIII *DI* 21 984.

aestimator, -oris *m. qui pretium alicuius rei aestimat constituitque; transl.*: Nec ... tam insolens mei aestimator sum, ut me Plutarcho ... oratori eloquentissimo conferre ausim: IAN.PANN. *Plut. dicta* dedic. p. 32.

aestuaria, -ae *f. caminata, stuba*: In ... castro Budensi sunt domus CC. It aestuariarum seu stubarum in ipsis domibus sunt III^c LVIII: 1437/? *TBM* XIX p. 58.

aestus, -us *m. proprie: ardor, calor, fervor; febris*: Tanto calore fuerat succensus, ut totus sudans et fumans corpus et brachia velut amens iactaret, adeo ut plerique accurrentes ipsumque tenentes vestes eius pre nimio sudore madidas invenirent, et estum eius manibus ferre non possent (*ed.*: possunt): *Leg. sanct. Hung.* p. 29^v.

aetas, -atis *f. spectat ad tempus; de homine; gradus vitae; gener.*: *locutio: 'praeter aetatem' i.q. supra aetatem*: Fabius equo desiliens praeter aetatem (παρ' ἡλικίαν) accurrit et filium complexus ... inquit *etc.*: IAN.PANN. *Plut. dicta* p. 67.

affictus, -i v. affictus, -us m. (*Ital.*: affitto) (*afictus*) *pretium locationis*: Quam *possessionem* idem frater Michael pro una marca in annum afictum singulis annis ab ... ecclesia ... tenebat: 1321 *Reg.Slov.* II p. 326; *cf. Lexicon ... Latinitatis Polonorum I p. 341 l.33 sqq.*

affidia, -ae f. *affidatio, fides data, immunitas*: Sique iam dicte generalis congregationis prerogativa per ipsumque Michaellem Ziilagii eis concessa affidia illos eosdem non animasset, dici posset, quod aliorum castri Budensis murorum in firmitate minime confisi atro prime noctis instante chaos fortassis dispersi loca petiissent tutiora. Assecurati tandem ad civitatem Pesthiensem descenderunt: IOH.THURÓCZ 988 (p. 283).

affixa, -ae f. *charta, quae ad promulgandum aliquid parieti affigitur*: Scolaribus seu scribis litteras denunciatorias vulgo affixas nominatas in walvis ecclesiarum civitatis Iauriensis necnon pagorum forensium videlicet Nagnywl, Nagbarati *etc.* ... affigentibus, scribingentibus et exarantibus pro salario eorundem dedimus den. XXXIII: 1524 Iványi, *Győr* p. 10.

afflictim adv. modo hominis afflicti v. spe frustrati, maeste: Rex iam senio confectus ac potius malorum ingenti mole contritus ... in Budensi insula diem obiit, quem universa Pannonia afflictim (*var.*: efflictim) deploravit: BONF. II, 8, 390.

afiutus, -a, -um loco 'adiutus' ponitur, nisi mendum est: Quod ipsa Katherina ... fuisset contracta et destituta in omnibus suis membris per quinque annos integros tam miserabiliter, quod in toto spaciis annorum nunquam potuit ambulare nec de uno latere ad alius (*sic*) latus suis viribus potuit girari nisi afiuta fuisset per manus aliorum: Bálint, *Szeged* p. 118.

agentum, -i n. manubrium (?) v. forsitan mendum pro 'argentum' (?): Item agentum ad cultrum vulgo 'chapo' vocatum in quatuor particulis ceterisque argenteis ad eundem cultrum pertinentibus: 1434 *DI* 92 833.

agnusdei v. Agnus Dei m. v. indecl. receptaculum clipei e materia cerei paschalis facti imagine Agni Dei ornatum: Ut possem habere aliquam protectorem apud reginalem maiestatem, donavi unum parvum agnus Dei (*cod. et Sz* 1870 p. 358: agnus-deum) de auro et lapidibus preciosis domino de Melak collaterali sue maiestatis: 1503 *Estei Hippolit* p. 196. Item in una purpurea nigra bursa sew crumena Agnus Dei aureus pen-

dens super parvam cathenam auream desuper imago Sancti Georgii et Crucifixi: 1522 *Dl* 26 268.

agonothetes, -is m. (agonitheta) (ἀγωνοθέτης) *qui certamini praeest*: Tunc enim deferuntur maiores cratheres quasi instrumentum bellorum. Ac ne immoderatum hoc arbitreris, mensura proponitur. Certatur sub iudice, sub lege decernitur agonithetis (*cf.* AMBR. *Hel.* 21, 78 *sqq.*): ANDR.PANN. p. 39.

albatura, -ae f. *actus dealbandi*: Item molendinatori ... de labore albature den. XXXI: *DF* 282 530 fol. 54^v.

albo, -are album esse, candere: Foris ... Antipater albus est at intrinsecus plane purpureus (ἐξῶθεν ... Ἀντίπατρος λευκοπαρύφός ἐστι, τὰ δὲ ἔνδον ὀλοπόρφυρος): IAN.PANN. *Plut. dicta* p. 44.

album, -i n. *liber, in quem nomina hominum referuntur, registrum*: Te ... ac tui gracia ... fratrem tuum ... nobilitantes cetui numeroque et albo procerum regni nobilium annumerandos et ascribendos duximus: 1519 *Mon.rust.* p. 460.

alcapenge, -is f. *Physalis alkekengi L.*: Alcapenge vulgo 'papmonya': a.1525 *LtK* 1972 p. 228; *cf. Dictionary of Medieval Latin from British Sources. Fasc. I p. 64 s.v. alkekengi.*

alcimen, -inis n. *res quaedam pretiosa, vestis feminea (?)*: Quod ipse dotem et res peraffernales ... sororis ... eiusdem ... ut puta ... vestes muliebres duas deauratas, unam ex purpura, duas camiseas iterum gemmatas, unum alcimen deargentatum, decem pepla, unam subam variollinam ... pro se rehabere vellet: 1517 *Dl* 73 207.

Alcoranus, -i m. *liber sacer religionis Mahometanae*: Inter quas quidem res ipsius Iosa Turci etiam quidam liber nostre maiestatis literas seu scripturas Turconicas legemque Makometi in se continens, qui scilicet liber Alcoranus nuncupatur cuiusque corrigia pro ligatura eius apta argento fuit perornata, nec non etiam litere donationales ... eiusdem Iose Turci ... asportate fuisent: 1437 *CD Hung.adn.* II p. 105; *cf. etiam Lexicon Latinitatis ... Hungariae vol. I p. 123 l.27-31^b.*

alienitas, -atis f. *condicio v. natura hominis ad certam societatem non pertinentis*: Quod Iohannem ... propter suam extraneitatem et alienitatem ipsas puellas ... sub tutela ... tenere et alere non liceret: 1496 *Dl* 20 479 (*Lexicon Latinitatis ... Hungariae vol. III p. 493 l.35^a mendose 29 479*).

aliminus, -a, -um *remotus* (? ex 'a' et 'limen', cf. *Mittellateinisches Wörterbuch I* p. 455), *finitimus* (? ex 'ad' et 'limen', cf. *Deutsches Archiv* 1989 p. 180, 1992 p. 291 et *Die Gesta Hungarorum des anonymen Notars. Die älteste Darstellung der ungarischen Geschichte. Ed. G. Silagi. Sigmaringen, 1991* p. 179): Inde per abrupta Senonensium per populos aliminos (ed.: Aliminos, quia editor nomen putavit proprium) ferro sibi viam et gladio apperuerunt: P.MAG. 56 (p. 112).

alkali *subst. indecl. sal, qui ex cinere extrahitur*: Sal alkali lot. 1 den. 6: 1522 *Dl* 26 269.

alodiatrix, -icis *f.* (alodyatrix, allogiatrix, alodiatrix) *cura-trix allodii v. praedii*: Circumspecti Gregorius, Stephanus et Georgius familiares eiusdem ac honesta domina Margar<e>tha alodiatrix eiusdem cum duobus curribus ... eandem dominam ... antecedeabant; ... quod ... Valentinus ... prenotatam dominam Margaretham alodiaticam cum rebus et vestibus eiusdem propriis per certas dies vi et potencia mediante conservasset: 1495 *Dl* 63 393; cf. *Justh lt.* p. 170. Qui retulit, quod accessisset ad dominam consortem prefati egregii Andree Iwsth et dicta pecora ab ea postulasset, tandem ipsa dixit, quod "nunquam domino tuo fui alodyatrix": 1500 *Dl* 63 465; cf. *Justh lt.* p. 209. Alodiatrice (*sic pro dat., cod.*: allogiatrice) ad sua servitia dedi d. L: 1500 *Estei Hippolit* p. 40. Item dedi alodiatrici abbacie fl. unum: *Ibid.* p. 103. Dedi alodiatrici abbacie Trium Fontium pro panno pro una veste unum fl.: *Ibid.* p. 106. Alodiatrix cum filiis in Agria. Ista stat cum filiis quasi ad discretionem et in festo Martini dominus Blasius provisor dedit pro servitiis fl. duos: 1503 *Ibid.* p. 210. Insuper alodiaticam nudam despoliaverunt: 1520 *AgriSz* 1957 p. 25.

alodiaterius, -a, -um (alodiaterius) *qui in allodio est*: In allodio ... depredate sunt et recepte (*sic*) ... boves VI, vaccas XIV, pecudes XXIII, alodiaterios boves IIII, vaccas cum vitulis III: 1520 *AgriSz* 1957 p. 25.

almanach *subst. indecl. fasti ad astronomiam et astrologiam spectantes*: Item unam parvam tunicam cariofoliis coloris subductam pellibus agnellinis. Item caligas nigras. Item unum librum almanach. Item XIII pecaria alta, unum ex eis deauratum extrinsecus et intrinsecus: 1522 *Dl* 26 268.

almasia, -ae *f. potatio sollemnis ad pactionem v. emptionem venditionemque confirmandum*: Nam et idem homo benedicens almasiam in emptione ipsius vacce publice confessus est, quod rite emisset eandem vaccam pro viginti quatuor asparis: 1476 *Dl* 45 648.

aloe, -es *f. ἄλότη, herba quaedam amara*: Aloes den. 8. Florum camomille lot. 15 den. 9: 1522 *Dl* 26 269.

alpinalis, -e *altus, excelsus et nivosus (mons)*: Et in eodem rivo vadit terminus ad metas civitatis Cassa et circa easdem currendo ad montes alpinales et silvas desertas: 1317 *Reg.Slov.* II p. 94.

altaria, -ae *f. rectoratus altaris*: Demetrii Chupor episcopi Iauriensis fundatio altariae Sancti Demetrii (*annotatio in dorso litterarum*): *XVI^m. Sopron tört.* I/5 p. 395.

altarius, -a, -um *ad altare spectans*: Ornamenta altaria ac indumenta sacerdotalia: 1511 *LtK* 1925 p. 171.

alumen, -inis *n. stypteria, sal medicamini adhibitus*: Pro alumine equo civitatis pro medicina den. III: 1501 *DF* 282 535 fol. 203^v.

amans, -tis *dilectus*: Item petimus ipsum dominum regem, nostrum filium amantissimum (*sic orig.: Dl* 6692), imo eidem committimus, ut provisores nostros ... impedire vel molestare non velit: 1380 *CD Hung.* IX/5 p. 404; *cf. etiam Lexicon Latinitatis ... Hungariae I p. 145 l.57-61^a*. Quod ipse ... duos ... canonicos eiusdem ecclesie ... fratres suos in Christo sibi amantissimos ... de bonis et possessionibus suis ... sibi a Deo gratie collatis dotare proposuisset: 1487 *Dl* 19 224. (*Cf. K. Langosch, Lateinisches Mittelalter. Einleitung in Sprache und Literatur. Darmstadt, 1963. 56; mendose s.v. 'amatus': Aetas 1994/1 p. 255*).

amentum, -i *n. lorum missilium*: Structa iam acie conspicatus militem amento iaculi digitos insertantem (ἰδὼν τινα τῶν στρατιωτῶν τὸ ἀκόντιον ἐναγκυλούμενον) phalange extrusit velut inutilem: IAN.PANN. *Plut.dicta* p. 44.

amicabilitas, -atis *f. amicitia, condicio et habitus amici*: Quod ipsi ... volentes ... omnes rancones (*sic*), inimicicias et controversias de medio ipsorum radicitus evellere seque pure et sincere caritatis et amicabilitatis zelo amplectere cupientes ... concordarunt coram nobis (*litterae bani Slavoniae*): 1367 *CD Croat.* XIV p. 76.

amovibilis, -e *qui amoveri potest*: Servabit capitulum unum altaristam perpetuum, ... cui in beneficium conferet altare Sanctae Mariae Magdalenae a latere capellae ... dominorum patronorum, qui non erit amovibilis, nisi quantum de iure possit et debeat amoveri vel nollet facere, ad quae esset obligatus: *1520 Mon.eccl.* p. 6.

angulare, -is *n. liturg.: pars operimenti altaris*: Item ornamenta trium altarium de purpure rubeo cum canibus de auro et floribus viridis coloris cum pallis eiusdem panni, cum sex angularibus, quorum duo habent cignos de auro et flaveo: *1397 Pór, Eszterg.* p. 113. Item unum ornamentum maioris altaris precioso et pulchro opere auro textum cum ymaginibus, ... cum suis angularibus et pallis; ... item tertium ornamentum eiusdem maioris altaris, virgulatum cum virgis aureis de camucato albo satis pulcrum, carens uno angulari et etiam prius caruit; ... item septimum ornamentum de purpura blavea et crocea antiqua ad modum scatorum absque angularibus: *1429-37 TT 1887* p. 174. Item ubi in passione dicitur "Partiti sunt sibi vestimenta mea", deponuntur duo angularia de altari prius apposita: *Ord.Agr.* p. 66.

angularitas, -atis *f. curvamen, angulus*: *Terminus* deinde protenditur directe descendendo ad foveam magnam, in cuius parte orientali facit metam terream, deinde descendendo directe versus occasum pervenit ad metam terream, deinde progrediendo descendit ibi, ubi angulatur rivulus Ganna et in illa angularitate circa eundem rivulum facit metam terream, et ibidem cadit in illum rivulum Ganna wize *etc.*: *1320 CD And. I* p. 561.

anisum, -i *n. cuminum dulce*: < ... > anisi ... den. 40: *1522 DI 26 269*.

annascor, -nasci, -natus sum oriri: Scitis et vos, quanta in sancta ecclesia Romana eiusque doctrina annata sint schismata per malam sacrorum canonum interpretationem et versionem saepissime progenita: *s.1478/XIX Batthyáneum I* p. 125 (*litterae falsae longe posterioris aetatis*; cf. Mályusz E., *Egyházi társadalom a középkori Magyarországon*, Budapest, 1971. p. 344).

annotitia, -ae *f. (annoticia) notitia v. cognitio alicuius rei*: Amplius, quod admirari non sufficimus et annoticie (*var. CD*

Hung. III/1 p. 166: a notitia) paternitatis vestre alienum fore nequaquam volumus, Colocensem archiep<iscop>um ... pecuniam ... nobis nescientibus abstulisse et portasse: 1214/1245 Theiner, *Vet.mon.* I p. 2.

annuptiatio, -onis f. (annupciacio) *actus filiam v. sororem nuptum dandi*: Quia ... ipse ... ad desponsacionem et annupciacionem ... puelle Clare ... molendinum suum ... vendidit: 1491 *MTT* XII p. 29.

antela, -ae f. (antena) *cingulum in armis equestribus, quo equi pectus cingitur*: Ingenia in castro Korothna existentia: ... Item antele et poste VI. Item pharetre arcus manualis II: 1501 *Dl* 47 168. Quod ... Iohannes Ernusth de Chakthornya ... bona et clenodia eiusdem castelli, utputa ... unum frenum argenteum, unas antenas et postenas (*sic*) et unum par streparum ... abduci fecisset: 1503 *Dl* 21 225.

antelucanus, -a, -um *qui est ante lucem*: Demosthenem fabrorum antelucana diligentia excitare solebat (*cf.* *CIC. Tusc.* 4, 44: opificum antelucana ... industria): 1522 Veress, *Matricula* p. 472.

apetum, -i n. (appetum) *vestmentum laneum*: Nullus ... omnino hominum ... de regnis ... alienis ... barchannum seu fustanum in regnum nostrum inducere, aut appetum seu bombasium de regno nostro absque licencia ... educere audeat: 1419 Wenzel, *Kassa* p. 19. Nullus ... mercatorum ... fustannum seu barchannum forense de quibuscumque partibus ad regnum nostrum importare, apetum vero seu bumbasum de dicto regno nostro ad quascunque partes absque licencia ... educere et exportare audeat: 1419 *Ibid.* p. 20.

appellationalis, -e *de litteris: quae appellationem seu provocationem continent*: Recepimus ... literas vestras sententionales pariter et appellationales in causa inter honestos viros *etc.*: 1458 Zimmermann, *Urkb.* VI p. 22.

apportator, -oris m. (adportator) *qui aliquid affert, apportat*: Item XII den. pro uno plastro lignorum adportatoribus: 1424 *Dl* 43 621 fol. 7^r.

archilis, -is m. v. f. *cingulum*: Quia ... Moyses Bwzlay ... executor et commissarius testamenti ... condam Iohannis Podmanyczky ... res et bona infrascripta, ... puta duo gemmata sarta, ... item octo archiles vulgo 'maycz', duo pecia flamirole vulgo

'fathyol', unam particulam similiter flamirole ad vittam pertinentem ... domine Margarethe ... restituisset: 1518 *Dl* 82 499.

archos (ἀρχός) *vox Graeca pro Latino usurpata: principalis:* Qui (*sc. S. Thomas*) ... a Christo ... in hoc est commendatus inter omnes apostolos: quod scilicet in arte architectoria, id est domus edificatoria vel construenda foret peritissimus et principalissimus magister artificii. Unde secundum Cathol. dicitur architectoria ab 'archos', quod sonat principalis, et 'tectum', quod ponitur pro edificio vel domo: PELB.TEM. *Pom.sanct. hiem.* XI, A.

arendalis, -e *de litteris: quae locationem v. conductionem in se continent:* Iuxta continenciam literarum feudalium seu arendalium abbatis et conventus ecclesie Sancti Martini ... super factis in literis contentis egregius Gregorius ... tres florenos pecunie ... Thome gubernatori et conventui ... pro tencione et conservacione quarundam porcionum possessionariorum dicte abbacie et conventus ... coram nobis solvere debebat: 1449 *PRT* III p. 515.

areola, -ae *f. campus parvus, hortus (in imag.):* Regalis celsitudinis providentia ... eos precipue debet prosequi muneribus donativis, quibus propter suarum fertilem areolam probitatum celsioris loci premium debetur: 1293 *Reg.Arp.* II/4 p. 111.

argenta, -ae *f. vox formae notionisque incerta: avis quaedam splendens argenti modo (?):* Item quamplures penne arge<nt>arum ad unum pil<e>um sufficientes ... pueris devenissent: 1477 *Balassa lt.* p. 151.

argenteo, -are *v. argento, -are argento obducere v. contegere:* Unus bicellus, unum frenum, ... similiter unum par calkareorum (*sic*), unus parvus baltheus similiter argentata et deaurata (*sic*) ... ipsis pueris devenissent: 1477 *Balassa lt.* p. 150. Uno cinctorio argentato vulgariter 'maycz' dicto: 1508 *Lex.Hung.* p. 607. Quia ... nobilis domina Elena ... et Albertus ... res et bona mobilia nobilis ... condam Stephani de Hangach, ... puta pectorale tegmen sew ornamentum muliebre gemmatum cum collario similiter gemmato, baltheum argenteatum, viginti duos nodulos argenteos, duo coclearia de argento facta *etc.* ... ipsi Valentino reddiderunt: 1509 *Dl* 21 965.

argenteosus, -a, -um *v. argentosus, -a, -um argento obductus v. contactus:* Quod ... insuper unam zablyam ac unum

bychyak necnon unum parthaew argentosas ac deauratas egregio Ladislao ... pignori obligasset: 1521 *Dl* 103 132. Quod tempore in eodem ab eiusdem (*sic*) patre suo Georgio ... et Ladislao fratre suo carnali unam sellam et unum gladium argenteosum ... apportari fecisset: 1524 *Dl* 36 377.

argillarius, -ii *m.* *argillator, operarius, qui muros argilla oblini*t: Item argillariis coquine XXIII den.: 1441 *DF* 282 530 fol. 8^r.

argilletum, -i *n.* (*argiletum*) *ubi argilla foditur*: A qua meta currens in quadam planicie vadit *terminus* ad quoddam argiletum, a quo descendit in aquam Tupul: 1320/1335 *CD And.* I p. 589.

argillo, -are *lutare, argilla oblinere*: Item pro straminibus ad parchanum argillandum VII den.: 1441 *DF* 282 530 fol. 7^r; *cf. ibid. inferius*: Item pro straminibus ad glebandum parchanum civitatis LXXV den.

armata, -ae *f. bellum, exercitus*: Vobis notifico me fuisse cum rege Cippi in quadam armata, quam fecerit in Turkia: 1361 *Dl* 47 959.

armirarius, -ii *m.* (*Ar.*: *amir*) *dux classis, maris praefectus*: Cum ... nos possessiones ... per ipsum ... Franciscum alias nobili domine ... relicte Leopardi condam armirarii nostre maiestatis ... impignoratas ... fratri suo ... statui facere intendamus: 1407 *Mon. Budapest* III/1 p. 253; *cf. Zsigm.oklt.* II, 5589 *et Lexicon Latinitatis ... Hungariae* I p. 74 l.43^a-47^a.

aromatum, -i *n.* *aroma*: Cum ... apertus fuisset locus, tanta subito odoris fragrantia ... cunctos ibi existentes perfudit, ut ex ipsa mirifici odoris suavitate tanquam liliorum, rosarum, thuris et aliorum aromatorum eius sincerissimam integritatem, ... et si testes deessent, signa praedicarent: *Leg.Hel.* 30 (p. 21).

artatio, -onis *f.* (*arctacio*) *actus aliquem incarcerandi*: Alias si infra mensem arctacionis nil fatetur, exnunc eliberetur et reddatur ad actus legitimos: 1515/1515-1525 *LtK* 1972 p. 260; *cf. Mon.rust.* p. 343: talis frater arctari ad dicendam veritatem. Arctacio legitima: ponatur t<alis> in carcerem ad dicendam veritatem: 1515-1525 *Ibid.*

artemisia, -ae *f.* (*arthemisia*) *Artemisia absynthium* L.: Item ... arthemisia ... den. 8: 1522 *Dl* 26 269.

asperiolinus, -a, -um *ad sciurum pertinens*: Super facto marturinarum et asperiolinarum recurretur ad privilegium populorum de Turuch, ut si ipsi populi de Turuch pelles marturinas aut asperiolinas seu censum pro eisdem aut neutrum predictorum solvere consueverunt, eadem consuetudo observabitur inter ipsos: 1265/1270 Sz 1909 p. 879.

aspiranter *adv.* (haspiranter) *cum affectatione, gratia, favore*: Quem affectum sincerum ac devotum nobis ostenditis evidenter in tam solenni celebratione capituli nostri ordinis, quod quidem capitulum anno in presenti in festo Omnium Sanctorum Iaurini procurastis tam affluenter, tam liberaliter, quod merito fratrum orationibus nostri ordinis una cum liberis vestris estis recommendandi cordialiter et haspiranter: 1376 Iványi, *Dominikánus levelek* p. 36.

assata, -ae *f.* (asata) *quod tostum est, assum*: Item circa <festum> Nativitatis Christi I caponem aut assatam et II az<y>mas ... Item circa festum Nativitatis Christi tenentur I caponem aut asatam: 1519 D1 35 005 fol. 7.

assecurationalis, -e *de litteris: assecurationem, cautionem, fidem continens*: Item super tributo in eadem Monostor exigi consueto littera patens Karoli regis maiori sigillo a tergo consignata contra cives de Cluswar assecurationalis: 1427 Jakó, *Kolozsm.* I p. 184.

assertus, -a, -um *institutus, verus*: Predictum Symonem de Rosgon alias assertum canonicum legitime servatis servandis peremptorie et nominatim amoneri fecimus, citari et evocari: 1412 DF 272 751; *cf.* *Zsigm.oklt.* III, 2970. Ipsum ... dominum, fratrem Paulum, assertum abbatem sic in obstinacia ... induratum ... ab administracione ... ipsius abbacie ... sentencialiter privamus: 1418 CD Zichy VI p. 508.

assisinus, -i *m.* (asisinus) *sacerdos chori*: Prebendarii nostre ecclesie, qui alias vocantur porcionarii vel asisini, sacerdotes esse debent: *Stat.Zagr.* I, 36 (p. 33); *cf.* *Várad stat.* p. 75 (*Lexicon Latinitatis ... Hungariae I* p. 264 1.58^b *sqq.* *s.v.* assisius): prefatorum autem capellarum altarium rectores sacerdotes chori, alias assisi seu mansionarii dicuntur.

atervatus, -a, -um *vox incertae formae, forsitan i.q. obstinatus, offirmatus, contumax (?)*: Que singula ... Iohannes audire veluti dure cervicis atervatus (*ed.*: sic) more serpentis obduran-

tibus (*sic*) aures suas, monita mea in nullo accepit: *XIV^{med.} MKsz* 1886 p. 46.

attinctus, -a, -um (*ab 'ad' et 'tingo'?*) (*atinchtus pigmento designatus*: *Terminus* de arbore tilie vadit ad quendam lapidem atinchtum et de lapide atinchtu vadit ad arborem pomi: *1319 Reg.Slov.* II p. 206.

attono, -are, -tonui, -tonitus 1 proprie: *tonitru alicui formidinem incutere*: Innumera corvorum multitudo adventans ... regalibus tectis insedit, et ... horendo (*sic*) crocitamine sidera simul et aures attonabat humanas: IOH.THURÓCZ 691 (p. 201). **2 transl.**: *stupefacere*: Cum *Epaminondas* in hostes duceret, tonitru facto ac iis, qui circa ipsum erant, quaerentibus, quidnam significare deum putaret, “*Attonitos (ἐμβέβροντῆ-σθαι)*” inquit “esse hostes, qui cum talia loca in proximo habeant, in talibus castra metentur” : IAN.PANN. *Plut.dicta* p. 62.

attonsisio, -onis f. *actus capillos detondendi; ecll.*: *actus tonsuram offerendi*: Alter commissarius ... *novitates* conatus est introducere, maxime de velo apponendo ad cancellos ac attonsisione fratrum laicorum et aliis nonnullis, quae quidem novitates videbantur occasio magnae commotionis et scandali ... dicti ordinis fratribus: *Chron.F.M.O.* p. 261.

attributio, -onis f. *actus tribuendi, donatio*: O quam felix largitas, quam divinitas operatur, o quam gloriosa attributio iustitiae, qua homo Deo celi coniungitur: *1463-64 MKsz* 1889 p. 212.

aucella, -ae f. *auca parva*: Item feria tertia post idem festum aucellas emi den. XVI: *1526 Dl* 26 355.

auctio, -onis f. *venditio, quae fit sub hasta publica*: *Philippus* compluribus captivis potitus auctionem faciebat (*ἐπίπρασκεν αὐτούς*): IAN.PANN. *Plut.dicta* p. 41. *Caesar* auctionem fecit patrimonii (*ἐκέρυττε τὰ πατρῶα καὶ ἐπίπρασκε*): *Ibid.* p. 83.

auriculare, -is et auricularium, -ii n. *ornamentum auris*: Primo vitta una cum bonis gemis ornata; item alia vitta consuta cum auro; item pendilia ex argento deaurato; item auriculare unum deauratum; item parvum baltheum I: *1516 Dl* 47 168. In eadem testudine in armario habetur piccarium argenteum et monilia argentea etc. cum auriculario, dentur Simoni, ... ut recordetur anime mee: *1522 TT* 1895 p. 385.

aurifodinarius, -ii *m. qui aurum fodit v. auri metalla exercet*: Quod Andreas ... et Stephanus ... per iobagiones et aurifodinaros ... aurifodinas in tenuis possessionis ipsorum Remethe vocate existentes potentialiter fodi et uti facerent in preiudicium ipsorum valde magnum: 1407 *DI* 103 414; *cf. Zsigm.oklt.* II, 5234.

aurifrisiator, -oris *m. qui aurifrigium conficit*: Hoc modo videlicet, quod de una domo, quam tenet Iohannes aurifrisiator, habent ipsi canonici annuatim triginta quatuor florenos auri in duobus terminis: 1397 *Pór, Eszterg.* p. 107.

aurifusor, -oris *m. faber, qui res varias ex auro fundit*: Quasdam domos seu integrum fundum curie in civitate nostra Budensi in platea Galicali in vicinitate domorum Francisci Bernhardi ab orientali necnon Petri aurifusoris civium eiusdem nostre civitatis ab occidentali partibus sitas: 1410 *Zsigm.oklt.* II, 7562.

auritraction, -onis *f. actus metallum pretiosum purgandi, secretio auri*: Considerantes gratuita servicia fidelis nostri, ... Iohannis Lanngsfelder civis civitatis nostre Crembniciensis, que idem maiestati nostre longo tempore maxime in officio cimenti et auritractionis fecisse perhibetur, ... prefatum officium cimenti et auritractionis, quod prefatus Iohannes a longo tempore in camera nostra Crembniciensi exercuit, simulcum universis et singulis ipsius officii utilitatibus ... prefato Iohanni Lanngsfelder ipsiusque heredibus ... duximus conferendum: 1479 *DF* 287 279. Quibus *litteris* mediantibus idem condam dominus Matthias rex ... officium cimenti et auritractionis ... memorato Iohanni Langsfelder ... dedisse et contulisse dinoscitur: 1496 *DF* 258 269. Totum et omne ius nostrum regium, si quod in prefato officio cimenti seu auritractionis in dicta camera nostra Cremniciensi ... haberemus, ... Georgio ... dedimus: 1507 *DI* 21 736.

austere *adv. severe, dure*: Commendantibus nonnullis Antipatri frugalitatem quasi austere (αὐστηρῶς) et minime delicate viventis ... *Alexander* inquit *etc.*: *IAN.PANN. Plut.dicta* p. 44.

autonomia, -ae *f. (αὐτονομία) (automania, ehutomania) actus se regendi*: Ut ... Sildemanus sui que haeredes ius automaniae (*Reg.Slov.* II p. 272: autonomiae, ehutomaniae) in sua habeant eo iure, quo locata est civitas Siliniensis: *s.1320/XVIII*

Sz 1872 p. 43; *litterae, ut videtur, falsae longe posterioris aetatis.*

azymus, -a, -um non fermentatus: De quibus sessionibus ... singulus eorum solvere teneatur prefatis ... dominis ... tria munera in anno, primum circa festum Nativitatis Domini unum caponem et unum salsucium, ... et quilibet eorum unum azymum panem, item aliud munus circa festum paschale Domini unam galinam ac unum azymum panem et duodecim ova, tertium vero munus circa festum Assumptionis Virginis Marie, videlicet unum pullum iuvenem et unum azymum panem (*litterae capituli Zagrabiensis*): 1374/1573 CD Croat. XV p. 18.

B

babator, -oris m. (babathor) *qui ungulas equorum ferro munit:* Eodem die equi babatori dedi den. VIII: 1525 DI 26 345 fol. 16^v. Eodem die equi babathori dedi den. X: *Ibid.* fol. 24^v. Feria tertia ... babathori equi den. VI: *Ibid.* fol. 28^r.

babatus, -i m. *babatum:* Ad babatos pro equis domini palatini et ad rotam curri, quando ferravit, dedi fabro ferrum 'syn was' II: 1516 Aetas 1993/3 p. 58.

ballo, -are (*Germ.*: Ballen; *Ital.*: balla) *plene onerare:* Quod ab antiquo predecessores dicti Nicolai ... <tributum> in dicto Muraszombath exigere consuetum taliter exigere fecissent, quod de uno c<urru> onerato sew ballato duos florenos auri, de curru mediocriter onusto unum florenum ... et de aliis rebus secundum antiquam consuetudinem: 1482/1483 DI 100 989.

banchale, -is n. *scamnum (?) v. subsellii stragulum, quod sedenti substernitur (?)*: Inventarium condam Iohannis Fahydi super rebus eiusdem in Gald ... habitis: ... item craticuli V; item cutes parate X; item banchalia duo, ista apud domum: 1491 DI 36 326; *cf. Lexicon ... Latinitatis Polonorum I p. 1029.*

banissa, -ae f. *uxor v. vidua bani:* Beatrix de Frangepanibus Liptovie ducissa ac regnorum Dalmacie, Croacie et Sclavonie banissa *dat litteras:* 1504 LtK 1927 p. 191; *cf. ibid.* p. 196: Beatrix de Frangepanibus illustrissimi condam domini Iohannis Corvini Liphthovie ducis ac regnorum Dalmacie, Croacie et Sclavonie bani etc. relicta.

baptillum, -i *n.* (baptillum) *pistillum v. malleus campanae*: Fabro pro baptillo XXXII den.: 1424 *Dl* 43 621 fol. 7^r. Item solvimus pro uno baptillo ad novam campanam fl. auri 1: 1446 *DF* 282 530 fol. 59^v.

baptizatio, -onis *f. actus baptizandi*: Quod a viris ecclesiasticis et a divinis officiis propter remotionem ecclesiae parochialis penitus essent alienati ... et ex praedictis nobilibus propter inhabitantiam sacerdotis eorundem sine confessione ... nec non sacra unctione ... homines essent expirati atque infantes baptizatioe carentes emigraverunt: 1280/? Wagner, *Anal.* p. 111.

barile, -is *n. species dolii*: Registrum rerum, quas reperi ego Benedictus Chukar in castro, ... primo zakalos XXXVIII; item tharazk II; ... item unum barile pulverum 1; item sagittas balistarum 1^M: c.1520 *Dl* 37 356; *cf. etiam* barilus.

barilicza, -ae *f. mensura capacitatis v. species dolii*: Pulveres pixidum cum una media tunella et cum una media barilicza: c.1500 *Dl* 26 235; *cf. Lex.Hung.* p. 51.

barlitum (*apud Bartal, Glossarium* p. 69) *vide* beryllus

barona, -ae *f. (borona) paries v. murus, qui ex trabibus constituitur*: Item una coquina bona de ligno barona facta; item due domus pistorie adinvicem queque similiter de barona facte: c.1500 *Dl* 26 235 fol. 1. Item extra castellum unam domum pistoriam de barona cum atrio de sepibus facta: *Ibid.* fol. 4. — *In nomine geographico*: Firmatis obstaculis constituerunt terminos regni Hungarorum usque ad Boronam (*vide commentarium editoris ad locum*) et usque ad Saruuar: P.MAG. 37 (p. 79).

barritus, -us *m. actus barriendi, sonus, quem elephas edit*: Cum Pyrrhus maximum ad hoc disposuisset elephantum, ut is post tergum ignoranti Fabricio grandi edito barritu (ἐλέφαντα ... ῥήξαντα φωνὴν ἐπιφανῆναι) repente supra caput exoriretur: IAN.PANN. *Plut.dicta* pp. 65-66.

beginalis, -e *quae vitam beginarum agit*: Quomodo ... idem Ladislaus ... ad quandam piscinam (*sic*) ipsarum dominarum actricum ... depiscari et dissecari fecisset, ... per hoc ab eisdem dominabus beginalibus occupari fecisset: 1482 *DF* 253 724.

bellifer, -a, -um *ad bellum pertinens*: Pro una securi bellifera den. XV: 1517 *DF* 282 538 fol. 61^v.

bifurcatio, -onis *f. (bifurcacio, bifurratio) actus in duas partes discedendi*: Abindeque terminus ... versus plagam meri-

dionalem in bifurcacione eiusdem vallis currendo iungit unam metam terream in radice alterius bifurcacionis seu divisionis vallis prenotate existentem et abhinc in altera bifurcacione ipsius vallis ... venit ad unam arborem tremuleam: *1337 CD And.* III p. 435. A qua *meta* ad dictam plagam directe eundo pervenit *terminus* ad octavam metam terream in bifurcacione (*orig.*: bifurracione) seu complositate duarum viarum de ipsa possessione Bene egredientium positam et erectam: *1363/XVIII DI* 73 467.

bilinguositas, -atis f. (bylingwositas) *falsiloquentia, duplicitas*: Quod ipsum verbis illicitis afecit et dehonestavit et super ipsum aprobare non potuit; tunc nos ipsum Iohannem ... propter bylingwositatem sue lingue, quod super ipsum Stephanum ... aprobare non potuit, decrevimus ... taliter, quod *etc.*: *1510 DF* 260 264.

bimestris, -e qui duorum mensium est: Neque patiebatur hoc bimestre tempus, quo haec inter alia studia per otium curavimus, verba elegantiora exquirere, plureisque ad hoc autores revolvere: *1522 Veress, Matricula* p. 474.

birotarus, -a, -um v. birotae, -arum f. duas rotas habens v. duae rotae: Cuius detractoris ... huiusmodi culpa non est oculanda, sed unanimi voluntate res et bona ipsius auferantur ac ipsum per unum currum birotarum de possessione extrudere debeant, ut eciam alii ... huiusmodi facere non presumant: *1486 DI* 56 208; *cf. Lexicon ... Latinitatis Polonorum I* p. 1109 l.46-51; *Mittellateinisches Wörterbuch I* p. 1484 l.51-66; *Dictionary of Medieval Latin from British Sources. Fasc. I* p. 200 *etc.*

birra, -ae f. v. birrum, -i n. (burum, bwrum) *birrus v. burra*: A iobagionibus suis unum burum (*ed.*: ?), quod vulgo 'guba' dicitur ... recipere fecisset: *1387 Lex.Hung.* p. 309; *cf. etiam lectionem variantem eiusdem diplomatis in Lexicon Latinitatis ... Hungariae I* p. 344 l.45^a *allatam*. Induto super se quodam bwro vulgo 'ghwba': *1496 Lex.Hung.* p. 309. Item tunica nigra, birra nigra dentur Simoni, ... alia tunica dolman detur Benedicto famulo domini Georgii: *1522 TT* 1895 p. 386.

blandiosus, -a, -um adulans, simulatorius: Quia ipse magister Iacobus ipsos universaliter talibus verbis mellicibus et blandiosis leniter allocutus fuisset, ut ipsos in antiquis eorum libertatibus conservaret (*litterae bani regnorum Dalmatiae et Croatiae Slavoniaeque*): *1361 CD Croat.* XIII p. 189. Karolus de Dura-

tio ... nos, quem promittebat prius in corona nostra et eiusdem ditione tueri et preservare tanquam sororem suavissimam, suavibus verbis et blandiosis affatibus ipsa corona proditor privavit: *1386 DI 58 652; cf. etiam lectionem variantem in Lexicon Latinitatis ... Hungariae I p. 346 l.59-60^a allatam.*

bombycinus, -a, -um (bombicinus) *de charta, papyro sim.: quae ex panniculis conficitur*: Accessit nobilis vir ... presentans quasdam literas sacre regie maiestatis, domine nostre naturalis, serenissime regine Ungarie patentes scriptas in carta bombicina ipsius celsitudinis parvo sigillo consueto a parte intrinseca sigillatas (*litterae capituli ecclesiae Nonensis*): *1382 CD Croat. XVI p. 269; cf. Szentpétery I., Magyar oklevéltan, Bp. 1930. p. 10.*

borax, -acis generis incerti (βοράς) *nitrum, quod ad morbos depellendos usurpatur*: Boracis lot. 1 den. 12: *1522 DI 26 269.*

brachialiter *adv. modo brachii aliquid cingendo*: Quum tamen ipsi exponentes et nobiles de Gerend dictum locum Bydestho in illo loco, videlicet ubi duo montes ex utraque parte illius vallis brachialiter adiacentes finirentur et terminarentur, semper ab antiquo inter sese pro meta habuissent: *1451 DI 30 821.*

brasiatura, -ae *f. (braxatura) officina ad cervisiam coquendam*: Ut ipse ac frater eiusdem ipsorumque filii ac heredes et posteritates universi in terris et pertinentiis domus et curie sue in possessione Zawody prope civitatem nostram Solna existenti habita piscinas effodere molendinaque ac domus pro braxatura cervisie facere et edificare, preterea in prefata domo et curia ipsorum cervisiam huiusmodi sive vinum in ducillo more thabernario vendere et propinare ... possint et valeant: *1485 DI 50 316.*

brastica, -ae *f. (sing. gen.: brasices) olus (?) v. grani species, ex qua cervisia conficitur (?)*: Eidem ... omnium metallorum inibi existentium similiter tertiam partem libere percipere et possidere commisissent, dantes eidem in qualibet villa inibi aedificanda duas laanas (*Germ.: Lehen, i.q. fundos*) terrae, domum brasices (*interpretatio editoris: legendum opinor braxices aut potius braxatorii*) et molendina absque aliquo tributo usque ad vitam eorum conservare: *1326 Wagner, Anal. p. 448.*

bravisum, -i n. (?) vectigal (?) v. pecus (?) quoddam : Quod ... Ladislaus ... pabulum victuale et denarios bravisorum ex parte eorundem iobagionum sibi provenire debentium super eosdem exegisset et pro se extorsisset in preiudicium dicti magistri Petri valde magnum : 1385 *DI* 42 346.

breviatus, -a, -um iur. de termino : qui infra duas octavas terminatur : *Ipsum* longo in premissorum suorum iurium requisitione litigionario processu fatigari nolentes, sed in premissis finem imponere terminis litium breviatis intendentes : 1408 *Zsigm.oklt.* II,6457 ; cf. *Lexicon Latinitatis ... Hungariae I* p. 358 l.28^a sqq.

brugeum, -i n. (brugium) ius : Distributio vinorum : ... ad coquinam pro brugeo cibi cocis p<intas> III : 1518 *DI* 26 216 fol. 15. Cocis duobus diebus pro brugio cibi dedi pintam 1/2 : *Ibid.* fol. 16. Cocis pro brugio cibi p<intas> II : 1519 *Ibid.* fol. 17. Cocis pro brugeo cibi p<intas> II : *Ibid.* fol. 18.

byssiceus, -a, -um (bissiceus) e bysso factus : Quia nobilis domina Katherina, consors eiusdem ... tempore sue matrimonialis copule celebracionis plurimas res et bona, videlicet ducentos florenos auri in... promta pecunia, quatuor piccaria argentea, ... quoddam collarium vulgo 'nakbawetew', ... magnam quantitatem perlarum sew gemmarum preciosarum, quoddam cingulum argenteum et deauratum, ... quamplura vestimenta bona, quedam videlicet purpurea ac bissicea et aliorum preciosorum pannorum, mastrucas eciam ermellinas, sarbellinas ... ceterasque plurimas res et bona ... ad dictum Beyanahrazthya secum adduxerat et in suis scriniis apportaverat : 1465 *DI* 35 650.

C

caementinus, -a, -um (cimentinus) de lapide : excisus, quadratus : Cum... ecclesia per ipsos Bohemos in fortalitium fuisset firmata et exposit ... per cives Cassovienses funditus fuisset dirupta et destructa, tunc egregius condam Paulus ... sedato prescripto disturbiorum tempore lapides eiusdem ecclesie pene omnes, sculptos, cimentinos et alios, qui in edificacionem aliquius valoris extitissent, per suos iobagiones ... ad ... possessio-

nem Naghida ... deferri ... et ex eisdem lapidibus castrum sew fortalicium ... construi fecisset: 1481/1494 *Dl* 19 217.

caementitractio *vide s.v. 'auritractio'.*

caemento, -are (cimento) *aurum purgare*: Quam quidem monetam auream, si dicti iudex <et> iurati in gradu defectum habere repererint, refundi faciant et de novo cimentari, donec ad verum venerit gradum: 1453 Krizskó, *Körmöcb.* p. 32.

caespitosus, -a, -um (caespitosus) *gramineus, gramine consitus, non aratus*: Quod licet Blasius ... ac Simon ... quoddam nemus dictorum exponentium ... intra metas possessionis eorundem ... habitum ab orientali iuxta quendam lacum, ... a meridionali circa metas possessionis Horwath, ab occidentali penes alveum Schewnytze et a septentrionali plagis secus quasdam terras caespitosas ad dictam possessionem pertinentes adiacens Warfewlde denominando ratione eiusdem dictos exponentes ... traxerit in causam: 1479 *Dl* 18 174.

calatrum, -i *n. pars stragulorum (?)*: Quod ... castellani ... res et bona ipsius exponentis de curiis predictis, videlicet cyphos argenteos quatuor, vitra crystallina, duos lectos vulgo 'nozolya' cum pulvinaribus, supellectilibus, linteaminibus et cussinis ad eosdem lectos pertinentibus, calatrum rubeum, duhnas duas ... asportari ... fecissent: 1493 *Dl* 20 035.

caletha, -ae *f. galerum*: Pro caletha vulgo (*i.e. Polonice*) 'waczky' appellata den. LX: 1517 *DF* 282 538 fol. 62^r; *cf. Lexicon ... Latinitatis Polonorum II p. 45 l.3-11 et 18-20.*

calo, -onis *m. (colo?) ductor custosque equorum*: Quod magister Akus ... castrum ipsorum ... et quasdam possessiones ipsorum ac alia bona communiter ipsos tangentes seu tangentia, necnon servitores eorundem, videlicet wasalos, calones, caniferos, pedites in propria possessione ipsorum commorantes contra legitimas prohibitiones divisionis ... de facie possessionarie porcionis ipsius magistri Stephani in faciem dicte possessionarie porcionis ipsius magistri Akus abduxisset moraturos et adhuc conservaret propria sua potentia mediante et auctoritate vaselos, colonos (*sic*), caniferos, pedites prenotatos (*cf. inferius*: wasales, caniferos, pedites, colonos): 1378/1384 *Dl* 42 281. Sagittariorum manus ... cum Ungaro pariter hostilia castra per noctem lustrans venenatis spiculis infestabat, quin et calones, lixas ac servos iniecto inter tentoria laqueo captos plerumque trahebat: BONF. II,2,254.

camomilla, -ae f. *Chamaemelum nobile* L.: Pulvis florum camomille ... den. 9: 1522 *DI* 26 269.

cancella, -ae f. *clatri, saepes*: Ubi est meta prope ad ecclesiam ... tantum ad cancellam altaris, quantum sagita potest iactari: 1251/1305 *CD Croat.* IV p. 477 et V p. 46; cf. etiam *Lexicon Latinitatis ... Hungariae II* p. 28 l.27^b sqq.

cancellarium, -i n. *cella vinaria*: Iacobus de Marchia ... comprehendit ... ex eorumdem haereticorum ultronea fassione alios in silvis, alios in cancellariis, alios vero <in> molendinis, nonnullos vero in speluncis et cavernis montium et terrarum divina profanasse: 1436 *CD Hung.* X/7 p. 812.

cantilatio, -onis f. *actus cantandi*: Non temere fiat cantus ecclesiasticus et iuxta arbitrium diversorum, quemadmodum fieri solet in cantilationibus (*ed.*: incant-) vulgi: GREG.GYÖNGY. *Expl.* p. 45.

carnatio, -onis f. *actus corpus induendi, incarnatio*: Factum est autem hoc instrumentum anno Dominicae Carnationis MCLXV: 1165 *CD Hung.* II p. 174; cf. *Reg.Arp. nr. 108 et var.* 1165/1284 *CD Hung.* V/3 p. 254: incarnationis.

carpentatura, -ae f. *opus lignarium v. tignarium*: Item in Pelbarthida disponere feci duas domos de novo pro carpentatura et ad ferramenta et ad victualia laboratorum et ad alia attinentia fl. XVI 1/2: 1497 *DI* 56 291; cf. *Lexicon Latinitatis ... Hungariae II* p. 59 l.35^b sqq.

carthesium, -i n. *potorium vas*: Carthesium unum vulgo 'cheze': 1524 *Lex.Hung.* p. 126.

cascum, -i n. *res antiqua*: Registrum rerum aliarum dicte quondam domine Ursule ... per iuratos cives diligentissime revisa et conscripta: ... una cistula cum cascis: 1526 *DF* 282 536 fol. 36^v.

castificativus, -a, -um *castum efficiens v. conservans, purificans*: Item reperitur quedam medicina castificativa, hoc est castitatis contra vicium luxurie: PELB.TEM. *Pom.sanct.aest.* LXXVIII, D; cf. *Lexicon Latinitatis ... Hungariae II* p. 64 l.17^a sqq.

castratus *erronee emendata ex crasatus*: 1500 *Estei Hippolit* p. 40.

castrinus, -i m. *castricianus (?)*: Hectori ... recolentes et pre oculis regie maiestatis habentes, qualiter in Bulgariam cum

dilecto nostro Thoma aule regie cancellario ad transducendam filiam Barilli filio nostro Bele regi desponsandam missus et castrinus (*explicatio editoris*: forte castricius) in acie prima fidelitatis armis et audacie primipiliter pugnavit, ... terram ... contulimus: 1214/XVIII Érszegi, *Neue Quelle* p. 96.

catarrhus, -i m. (catarus) *pituitae*: Contra reuma, catarum vel guttam: *a.1525 LtK* 1972 p. 228.

caudula, -ae f. *parva cauda* (?); *meton.: finis, extremitas* (?): De qua *meta* directe per eandem silvam usque ad aliam partem eiusdem ad quandam grossam similem arborem 'harast' in caudula eiusdem silve existentem ... vadit *terminus*: 1351 *CD Croat.* XII p. 19.

caulatus, -a, -um *ubi caules nascuntur*: Quod a quodam orto, qui ab ipsis ortus caulatus seu caulium vocaretur, eo quod semper in eo caules seminantur, a parte occidentis existenti ... incipiendo a parte aquilonis filiis Thome *partes possessionis* cecisissent: 1341 *DI* 66 623.

cauterizo, -are *transl.: notam alicui inurere*: In qua quidem congregacione omnes prediales aliique homines ... Iohannem, Dominicum ... ac Laurencium ... coram sepedictis Gunterio ... et Petro cantore ... in testimonium destinatis, clamorosis vocibus ... in articulis et litteris nostris contentis reos, culpabiles, noxios et infidelitatis nota dampnabiliter respersos seu cauterizatos nobis ... tradiderunt: 1336/XIV *CD Croat.* X p. 259.

cautitas, -atis f. *cautio*: De nostro collegio unus assumptus per eundem magistrum Nicolaum et alius per eosdem nobiles servientes domini regis ... plenam habeant potestatem pensatarum causarum merito et cautitate ac caritate discuciendorum (*sic*) inter ipsos terminandi omnia ... super possessionibus, ... que in eorum presenciam deducuntur: 1343/1408 *CD Croat.* XI p. 95.

cautulosus, -a, -um *fraudulentus, dolosus*: Quod Petrus, Iohannes *etc.* ... per indebitam et cautulosam procuracionem venerabilis in Christo patris domini Andree episcopi Waradiensis et capituli eiusdem ac magistrorum Iohannis et Nicolai ... in tantum essent angariati, quod ipsi ob metum mortis et offensio-nis personarum eorundem quandam possessionem ... perpetuare ipsis compulsi extitissent: 1344 *DI* 40 955; *cf. Lexicon ... Latinitatis Polonorum II* p. 281 l.43 *sqq.*

cavitas, -atis *f. cavum, caverna, excavatio*: A quo fonte terminus ascendit per quandam cavitatem vallis super montem iunctum contigue, et ibi ... sunt due mete terree: 1322 *Reg.Slov.* II p. 358; *cf. Lexicon Latinitatis ... Hungariae II p. 254 l.43^b sqq.*

cellerarium, -i n. (celerarium) cellarium, cella vinaria: Quomodo ... Demetrius ... et Petrus ... duos viros externeos (*sic*) ac unam mulierem in predicta possessione libera celeraria habentem similiter crudeliter et dire verberatos reliquissent (*cf. superius*: duo celaria): 1467 *DI 35 129.*

cerdonius, -a, -um *qui coriariorum est, ad coriarios spectat*: Nos itaque humillimis precibus annotatorum magistrorum artis cerdonie inclinati ipsos in ... iuribus ... concessimus inviolabiliter tenere et conservare (*cf. superius*: magistri czehe alias fraternitatis cerdonum): 1504 *TT 1909 p. 176*; *cf. Lexicon Latinitatis ... Hungariae II p. 93 l.38^a sqq.*

censuo, -are (*a 'census'?*) *censum, vectigal, tributum exigere*: Quomodo ipsi ... annum censum sive redditum (*sic*) ... annuatim solvendum et censuandum pro trecentis et quinquaginta uno florenis auri ... vendidissent: 1498 *MTT XII pp. 35-36.*

centumvir, -i m. socius regiminis electi civitatum: Quas litteras ipsis pretextu institutionis dicte fraternitatis et czehe ipsorum concordii voluntate et consilio centumvirorum sub maiori nostre civitatis sigillo dedissemus: 1504 *TT 1909 p. 176.*

cessus, -us m. abitus, discessus v. cessio, renuntiatio: Quam praelaturam ... per cessum vel decessum cuiuspiam seu per assecutionem alterius prelature incompatibilis aut alio quovis modo seu ex persona cuiuscumque primitus post harum emanationem vacare contigerit: 1427 *DI 11 904*; *cf. Mályusz, E., Das Konstanzer Konzil p. 103.*

chartarium, -i n. (hortarium ?) vox incertae formae notio- nisque, forsan vas quoddam: Res vero dote puelle Katherine ex rebus dicti condam ... patris sui cesse: item primum unum magnum tapetum; ... item carpyth V; item scutelle plumbee XI; item disci XVII; item canteri IIII; item chartarium (*inferius forsan*: hortarium) cupreum I; item pelvis cuprea I; item instrumentum ferreum vulgariter 'hostyasythewas' II: 1501 *DI 47 168.*

chisma, -ae f. (*Hung.*: csizma) (chyzma, czizma, cysma) *cothurnus*: Unum zakrapach et unum cingulum vulgo 'zkender' de serico et chyzmas: 1492 *Lex.Hung.* p. 133. Una chyzma: 1503 *Ibid.* Unum par ocrearum vulgo czizme: 1504 *Ibid.* Item habeo cysmas Turciales tres: 1504 *Balassa lt.* p. 172.

chronicus, -a, -um (χρονικός) (cronicus) *aeger* (*passione diuturna?*): Quod domina relicta Petri dicti Keurushegy de eadem Azzonfalua <predictis> aliis utriusque sexus hominibus illic tunc conglobatis et astantibus, cronica licet corpore, mente tamen per omnia sospes et incolomis (*sic*) tale condidisset et fecisset testamentum, quod *etc.*: 1387 *GyTRF* I p. 30.

cicadorosus, -a, -um *de loco: quem cicadae multae inhabitant*: Iuxta monticulum Herbolthhalma vocatum et iuxta quandam viam publicam in loco cicadoroso: 1411 *Zsigm.oklt.* III, 443; *cf. excerpta ex eisdem litteris Lex.Hung.* p. 889 et 900: Eundo penes quendam lacum in loco cicadoroso vulgo 'zarvaszek' vocato.

cichoria, -ae f. (cicorea) *Cichorium intybus L.*: Aqua cicoree lot. 21 den. 20: 1522 *Dl* 26 269.

ciminile, -is n. liturg.: *vas, in quo sacerdos sacra faciens manus abluit*: Omnia ornamenta altarium, sacerdotum, calices, campane, libri, cruces, plenaria et alia ciminilia, nec non et privilegia ipsius ecclesie ... sunt exusta: 1317 *Reg.Slov.* II p. 114; *cf. CD Hung.* VIII/2 p. 93: animalia (?).

cingula, -ae f. *habena, frenum*: *Quod unum par calceorum, ... una tuba de ebore in fine cum argento et quatuor lapidibus pretiosis decorata, unum capucium nigrum, ... una cingula equi cum rubeo purpureo desuper contacta ... ipsis pueris devenissent*: 1477 *Balassa lt.* p. 150; *cf. Lexicon Latinitatis ... Hungariae II p. 115 l. 7^b sqq.*

cipelli, -orum m. (*Hung.*: cipellő) *parvus v. puerilis calceus*: Sabato sequenti Chyanahazy Viennam den. XX. Pileum domino parvo den. X. Eidem pro cipellis den. V: 1488 *Dl* 26 047 fol. 4^r. Domino parvo cipellos den. V: *Ibid.* fol. 5^v; *cf. Lex.Hung.* p. 107. In feria secunda post festum Beatorum Viti et Modesti martirum domino ... parvulo cipellos emi den. VIII: 1526 *Dl* 26 355 fol. 3^r.

circulatus, -a, -um rotundus: Quod ... Petrus ... et successores ... unum caponem bonum et duos fortes sive circulatos panes magnos nobis ... solvere teneantur: 1514 MTT XII p. 81.

circumferens, -entis (a circumfero B 2?) 'vas circumferens': *dolium* (in quo aliquid vehitur?): Item vasa circumferentia ubicunque fuerint, isti ... ad possessiones ... ferre tenentur: *Urb. Vespr.* p. 86.

claris subst. indecl. corallium rubrum: Duo legibula, unum de cristal, aliud de claris: 1458 *Lex.Hung.* p. 508. Item habeo legibula de claris, hec lego, ut melius legibulum detur ad capellam Beate Virginis Marie, ut ad collum imagini Beate Virginis Marie ponatur, aliud vero legibulum lego filie mee: 1519 *Dl* 23 166.

clausa, -ae f. v. clausus, -a, -um (?) sera: Paulo seripari ... pro reparatione ... clausarum armarii thecarum, in quibus diverse littere civitatis ... conservantur, dedimus den. V: 1524 *Iványi, Győr* p. 33.

coadiuro, -are una cum aliquo iuramentum praestare: Adiunctis sibi et coadiuratis (*recte forsitan: coadiurantibus*) senioribus et pocioribus viris, colonis et iobagionibus ipsius domini marchionis: 1517 *LtK* 1925 p. 179.

coagger, -eris m. terra in cumulum egesta: Coaggeribus luti circa pretorium XXVIII den.: 1497 *DF* 282 535 fol. 106^v.

coaggerator, -oris m. qui aggerem v. vallum fodit: Duobus coaggeratoribus luti etc. XXXXIII den.: 1497 *DF* 282 535 fol. 99^r. Coaggeratoribus luti circa pretorium den. V: 1502 *Ibid.* fol. 203^v.

coagulatio, -onis f. actus lac concretum faciendi: Duas camiseas, unam ortulano et aliam Paulo Beres den. XXVI. Mulieri ... ollas pro conservatione lac et coagulatione eiusdem den. VI: 1474 *Dl* 103 760 fol. 12^r; cf. *Lexicon Latinitatis ... Hungariae II* p. 158 l.36^a sqq.

Coanglicanus, -a, -um compatriota Britannicus: Ut ait Ans<elm> ad coanglicanos episcopos: PELB.TEM. *Stell.* p. 84^r.

coccinus, -a, -um qui cocci colorem habet: Quod Ladislaus ... omnia ornamenta sacerdotalia, videlicet casulas albas, cap-pas purpureas et coccinas cum attinenciis earundem ... abstu-

lisset: 1511 *Dl* 22 489: cf. *Lexicon Latinitatis ... Hungariae II* p. 160 l.3^b sqq.

cochlea, -ae f. (κοχλίαις) (coclea) *conchylium* v. *testa conchylii*: Campus superior lazureus servat duas cocleas seu chonchilia ex armis prefati domini Gabrielis cardinalis ... peculiari-bus feneratas, inter quas medius corvus anulum baiulans de no-stris paternis armis suis naturalibus coloribus designatus in nostre et ipsius domini cardinalis ferventis dilectionis argumen-tum concessa, ... prout hec in capite seu principio litterarum nostrarum ... suis apropiatis coloribus distinctius figuraliter sunt expressa: 1478 *Dl* 50 535.

coctrix, -icis f. *femina coquens*: Quod unus agnus et una owis de allodyo suo exierunt, et mox Stephanus allodyator suus sequebatur eas ... usque curiam ... plebani, tandem vidit coctri-cem plebani, requisivit ab ea, si predicta peccora vidisset, tunc prefata coctrix dixit, quod ipsa peccora receperunt ianitores ... Andree ... ad curiam suam: 1500 *Dl* 63 465. Quando ipsi sub iuramento prefatam coctricem plebani interrogaverunt, extunc ipsa fassa est, quod prefati ... dicta peccora receperunt ad curiam suam: *Ibid.* ; cf. *Iusth It.* p. 209.

coculus, -i m. *puer culinarius*: Nunc qui in presenti sunt hic ex prebenda: item aurige sex ; item agazones III ; item pezer unus ; item magistri cocorum III ; item coculi II: 1521 *Dl* 26 261.

coenobialis, -e (*cenobialis*) '*domus coenobialis*': *claustrum, monasterium*: Prior domus cenobialis Beati Laurentii martiris prope Budam fratrum heremitarum Sancti Pauli primi heremite: 1402/1437 *LtK* 1925 p. 135.

coerro, -are *simul vagari*: Quidam vagabundus presbiter ... et ... Iohannes Zabo ... omnes oves ... exponentis numero trecen-tas vel citra absque custodia alicuius pastoris in territorio dicti oppidi ... coerrantes ... abegissent: 1520 *Mon.rust.* p. 511.

colligator, -oris m. (coligathor, colligathor) *qui vites colligat* (? a 1. colligo) v. *colligit* (? a 2. colligo): Feria tertia colliga-thoribus ad duas partes vinee caules emi den. XXXII: 1525 *Dl* 26 345 fol. 8. Feria secunda coligathores XXVIII, cuilibet den. XII, putonos IIII, palpathores II: *Ibid.* fol. 12.

colluceo, -ere *effulgere, illucescere* (*in imag.*): Nos ... per-pendentes ... merita fidelium nostrorum ... in astrum plane collu-

centia ... possessionem ... memoratis Ioanni et Georgio ... contulimus: 1520/? *Mon.rust.* p. 505; cf. *Lexicon Latinitatis ... Hungariae II* p. 185 l.22^a sqq.

collyrium, -ii n. (κολλύριον) *unguentum oculorum*: Unde legitur, quod ... Thomas apostolus exhortabatur ad audiendum verbum Dei assidue, comparando illud precipue collyrio, quod sanat egros oculos et illuminat (cf. *Apoc.* 3, 18: collyrio inunge oculos tuos, ut videas): PELB.TEM. *Pom.sanct.hiem.* XI, G.

combibator, -oris m. *cuius officium est aulicos regios canticiis suis laetificare*: Quod ... Stephanus ... in facto medietatis cuiusdam possessionis Regteluk vocate in comitatu Pestiensi ... existentis nomine possessionis combibatorum regalium conditionariorum vulgariter 'regus' dictorum ... heredum solacio orbatorum comiti Lorando ... iurato Budensi per regiam maiestatem ... perpetuo collate contra eundem ... regem velud actorem ... instrumenta sua exhibere debuisset coram nobis: 1346/1347 Sz 1881 p. 557; cf. *Bartal, Glossarium* p. 142 et *Lex.Hung.* p. 802.

combursor, -oris m. (conbursor) *incendiarius, qui comburit*: Andream dictum Zolthez filium Michaelis conbursorem domorum vagabundum ... nobis in eorum registro assignarunt: 1409 *Zsigm.oklt.* II, 6787; cf. *Lexicon Latinitatis ... Hungariae II* p. 190 l.42^b sqq.

combustibilis, -e ad ignem alendum aptus: Quod virgulta et pascua et silva pro lignis combustibilibus et structuris indempniter conserventur: 1322 *Reg.Slov.* II p. 358. — *Subst. neutr.: substantia cremabilis, alimentum ignis*: Nam universa, quae suis viribus cedentia reperit, vorax ignis absorbit. ... Cum in eadem sacristia ignis ipse furtivis augmentis nullo sciente succreverit, certisque combustibilibus demolitis etiam thecas capitibus et reliquiarum ipsius sanctissimi regis in liquidum resoluerit, ita tamen naturae suae vires ignis amisit, ... ut eiusdem reliquias nedum de combustione servaverit illaesas, imo nec aliqua tetigit fumositatem, procul absiliens intactas reliquit, velut quondam Moysi rubus ... incobustus apparuit: 1406/1415 *CD Hung.* X/4 pp. 522-523.

combustrix, -icis f. *femina, quae comburit*: Adiudicamus, quod Michael Zomor Dorotheam ancillam et dominam Elenam, uti domorum combustrices, igne comburri facere debeat: 1499 *Dl* 61 917.

commensuratus, -a, -um *proportionatus, symmetricus*: Item mentum eius (*sc. Beatae Mariae Virginis*) erat decens, commensuratum secundum aliquid ad quadraturam tendens et erat convalliculatum per medium secundum Epiphanium: PELB.TEM. *Stell.* p. 97^v.

commentio *pro conventio*: 1424 Iványi, *Eperjes szám.* p. 245; *cf. DF* 282 538 fol. 16^t.

compertim *adv. ut omnibus notum est, comperte*: Personas facinorosas publicae diffamationis nota decoloratas, dominorum suorum notorios infideles, compertim offensores vel occisores *etc.* ... a regiae maiestatis curia sequestran<do> et excluden<do> regiae providentiae suademus, ... crimina ... iudicialiter convincentur: 1330/XVIII Kovachich, *Suppl.* I p. 275.

complositas, -atis *f. (a complaudo v. complodo) actus complaudendi; de viis decussis: iunctura, congressus, ubi viae congreduuntur*: A qua meta ad dictam plagam directe eundo pervenit terminus ad octavam metam terream in bifurcatione (*orig.*: bifurratione) seu complositate duarum viarum de ipsa possessione Bene egredientium positam et erectam: 1363/XVIII *Dl* 73 467.

comprobamentum, -i *n. comprobatio, testimonium, documentum*: Tandem ipsis octavis instantibus ipse Ladislaus ... et Steph<anus> ... ad nostram veniendo presenciam in huius comprobamentum, ut ... nobiles in causam attracti ipsos pretextu antefate possessionis ... ab eorum impetitoribus non defendissent, quasdam duas litteras ... clause emanatas nobis demonstrarunt: 1399 *CD Hung.* X/3 p. 221-222; *cf. Dl* 42 698 et *Zsigm.oklt.* I, 5721.

compulse *adv. (compulse) coacte*: Quomodo ... litteras sententionales ... quidam Andreas ... vi et compulse abstulisset: *Form.styli* II, 377 (p. 357).

concurso, -are *concurrere, convenire, congregari*: Unde Amb<rosius>: Discite virgines non concursare per alienas edes, nec demorari in plateis: PELB.TEM. *Stell.* p. 46^v.

condictamen, -inis *n. pactum, contractus*: Carpentario Valentino ad rationem condictaminis den. IIIIc: 1510 Iványi, *Eperjes szám.* p. 247; *cf. Lexicon ... Latinitatis Polonorum II* p. 890 l.5 sqq.

condivisionaleus, -a, -um *particeps divisionis v. partitionis possessionum*: Quod ipse ... commetaneos ... ab ulteriori utensione ... universarum porcionum possessionariarum ... ubicunque habitarum ipsum ... ac Ladislaum filium Stephani de War-kon, fratrem suum condivisionaleum contingencium ... prohibuisset (*cf. superius*: condivisionales): 1402 *Héderváry oklt.* II p. 344; *cf. Lexicon Latinitatis ... Hungariae II p. 278 l.4^a sqq.*

conductorialis, -e *vide* salviconductorialis

confractura, -ae *f. fractura, ruptura*: Quod ... vitam ipsorum morte sua redimendo per membrorum suorum, videlicet pedum ad (*recte*: et) manuum suarum multiplices confracturas a captivitate predicti Mathey ... eos liberavit: 1323 *Reg.Slov.* II pp. 488-489.

consero, -ere, -sevi, -situs (*part. perf.*: conscitus) (*semina serere*; *in imag.*: Rosa fulgens et inclita / Baptiste, Xristi previo, / Paulus Helye conscita / consimilis in invio: XIV Dankó, *Hymn.* p. 145.

consternator, -oris *m. qui aliquid conturbat, affligit*: Personas facinorosas publicae diffamationis nota decoloratas, dominorum suorum notorios infideles, ... confractores et ecclesiarum consternatores, publicos spoliatores ... a regiae maiestatis curia sequestran<do> et excluden<do> regiae providentiae suademus, <ut> ... crimina ... iudicialiter convincantur: 1330/XVIII Kova-chich, *Suppl.* I p. 275.

constupratio, -onis *f. actus virginem stuprandi*: Non potui obtinere salutem clerico, quia magnum scelus fecerat in constupratione cuiusdam virginis: *Leg.Hel.* 15 (p. 18).

contradota, -ae *f. dos*: Contra quam dotam nos eidem domine ... consorti ... comitis Nicolai ... promissimus dare pro vera contradota novem millia ducatorum similiter secundum ius et consuetudinem Austriae: 1428/1429 *CD Frangepán* I p. 221.

contradoto, -are *dotem solvere*: Nos eidem predicta sex millia ducatorum, scilicet eius dotam, contradotavimus ac pro predictis sex millibus et etiam pro predictis novem millibus ducatorum contradotam iuste et debite assignavimus: 1428/1429 *CD Frangepán* I p. 221.

controversor, -oris *m. qui dissensionem, discordiam, iurgium sim. excitat*: Quum nonnulli controversores, sacro sanctae orthodoxae fidei persecutores sese insultu, ausu temerario et

superstitiose veritati evangelicae opponentes vexilla perversitatis contra totius cleri et ecclesiae statum fere erigendo insurrexerant conspirati: 1436 *CD Hung.* X/7 p. 811.

contubernalis, -is *m. socius, popularis, familiaris, amicus*: Per Pothonem, tunc comitem Poseniensem, ipsum in possessionem eiusdem terrae fecimus introduci, qui ad metas elevandas circumquaque quemdam suum contubernalem (*var.* 1208 *CD Hung.* III/1 p. 466: contubernarium), Gregorium nomine, destinavit: 1216 *CD Hung.* III/2 p. 475; *cf. Lexicon Latinitatis ... Hungariae vol. II p. 384 l.41-56^a.*

contus, -i *m. molendinum, ubi metalla contunduntur*: 1 contum, quod vulgo 'kolbe' dicitur in eadem aqua inferius sita (*sic*) et ibidem Nyc<olaus> dictus Putner habet 1 contum pro 5 marcarum pagamenti: 1331 Györffy, *Geogr.hist.* I p. 456.

convalliculatus, -a, -um *cavus*: Mentum eius (*sc. Beatae Mariae Virginis*) erat decens, ... et erat convalliculatum per medium secundum Epiphanium: PELB.TEM. *Stell.* p. 97^v.

corchio, -onis *m. (nisi ad korchio pertinet)* (*korchio amphora, mensura capacitatis* (?): Singulos akones avene, singulos korchiones tritici de singulis integris mansionibus: 1358 *Lex.Hung.* p. 11.

coriatorius, -a, -um *qui coriatoris est*: Socio artis coriatorie mutuati sunt den. XIII 1/2: 1517 Iványi, *Eperjes szám.* p. 249.

corneus, -a, -um *ex cornu factus*: Scutum videlicet flaveum, in quo duae tubae corneae sive buccinae venaticae in altum eriguntur: 1514/? Iványi, *Teleki* p. 208.

correctibilis, -e *castigans, obiurgans*: Quia Stephanus ... dominum nostrum Karolum ... regem ... delaudasset et Bazarab Transalpinum sancte regie corone infidelem in preiudicium regalis pietatis eo modo, ut ipsius domini regis potentia potentie ipsius Bazarab non in aliquo posset contraire et equari, conlaudasset, predictum Stephanum ... verbis correctibilibus de tali prolatione verborum suorum Paulus arguisset: 1325 *TSz* 1964 p. 550.

conregina, -ae *f. (conregina) uxor regis, regni socia*: Quod possessiones ... eidem ecclesie per dominum Belam, olym illustrem regem Ungarie, avum nostrum et dominam Mariam conreginam, consortem eiusdem ... essent donate: 1332 Kalász, *Szentgotthárd* p. 122.

corrighialis, -e *corrighiis faciendis aptus*: Item de centum corrighialibus pellibus seu alauiis vulgo 'gardwan' dictis quatuor denarios *exigant exactores*: 1476 TBM XV p. 211; cf. 1478 Teleki, *Hunyadiak* XII p. 69: De centum cutibus seu alantiis vulgo 'bakbeur' et 'gardovan' agnellinis vel caprinis.

corrighibilis, -e *qui corrighi potest (transl.)*: Excessus autem, quos reperis per te corrighibiles, ... corrighas et emendes, reliquos vero tui facultatem officii excedentes ... tecum ad capitulum portes partibus ibidem coadunatis discuciendos: a.1525 LtK 1972 p. 247.

corrigeus, -a, -um *corrighiis praeditus (?)*: Redas corrigeas novas simulcum aliis attinentiis ad equos ... abstulerunt: 1513 *Héderváry oklt.* II p. 394.

cottatio, -onis *f. (a quota) (cotatio) actus librum notis musicis illustrandi*: Casparo organiste pro cotatione libri in capella Sancti Francisci existentis ex mandato dominorum dedimus flor. I 1/2: 1517 Iványi, *Győr* p. 32.

crastinator, -oris *m. qui litem in aliud tempus differt: Ipse personaliter et non per procuratorem ac suum crastinatorem in civitate nostra Budensi appareat*: 1408 *Zsigm.oklt.* II, 6457.

craticulus, -i *m. craticis*: Item craticuli V: 1491 *Dl* 36 326. Feci laborare duos craticulos ad duas fenestras celarai (*sic*): 1517 *Aetas* 1993/1 p. 59; cf. *Lexicon Latinitatis ... Hungariae* II p. 419 l.37-54^a.

crinizo, -are *crinem alicuius vellere*: Item Ladislaus Thekes proposuit contra Petrum Zitas per hunc modum, ut ipsum litigiose in terram prostrasset et crines suos crudeliter traxisset ac sanguinem misisset. Petrus vero negavit. Actor vero ... testes produxit, hoc, quod ipsum ad terram tetigisset et crines suos acriter traxisset, cum tribus testibus aprobavit, sed quod sibi sanguinem misisset, testibus probare nequit, tamen super hoc, quod sanguinem non misisset, et non cruentasset, ipse idem Petrus Zitas iuramentum fecit, quod ipse non fecisset, sed quod actorem videlicet Ladislaum ad terram prostravit et ipsum crinizavit, propter hoc eundem Petrum Zitas contra actorem in sedecim marcis convictum fore commisimus: *XV^{med.} Dl* 56 627.

critalus *pro cultellus (?)*: 1477 *Balassa lt.* p. 151.

cruciamentum, -i *n. tormentum, cruciatus*: Quod ... Matheus ... fideles hospites nostros de dicta civitate nostra acri

cruciamiento et hostili spolio prosequabatur (*recte orig.*: persequebatur): 1326/1359 Juck, *Výsady* I p. 107; cf. *Lexicon Latinitatis ... Hungariae* II p. 426 l.44^a sqq.

cumulator, -oris *m. qui (fenum falcatum) cumulat*: Ad falcatos et cumulatores fenorum in Warkon simulcum victualibus et sollicitatori<s> expensis repositi sunt fl. XIII: 1497 *DI* 56 291.

curriducus, -a, -um *qui plaustrum v. raedam trahit*: Item habeo equos curriducos quatuor, ex quibus unum duceret ante feretrum meum: 1504 *Balassa lt.* p. 171.

cursor, -oris *m. qui in universitate Scripturam Sacram explicat (?)*: Sacrarum litterarum cursor Parisiensis: 1490 Jakó, *Kolozsm.* II p. 69.

D

damnalis, -e (*dampnalis*) *damnandus, detestandus*: O ingrati tudinis dampnale vicium!: 1422 *Mon.Zagr.* II p. 36.

debitoria, -ae *f. debitum*: Cum nobili domina ... pro quadam debitoria per eandem dominam nobis tenenda convenimus in quadraginta florenis novis: 1424 *Regnum* 1944-46 p. 44.

decea, -ae *f. vox incertae notionis, forsan loco 'disca' usitata*: Tres deceas (*ed.*: !), una deaurata et due simplices: 1477 *Balassa lt.* pp. 150-151.

decemlanceatus, -a, -um (*adi. non nisi plur. m. usitatum*) (*decem lanceati*) *qui deni militem unum lancea praeditum constituere debent*: Ipsi existentes nobiles de numero nobilium decemlanceatorum terre Scepusiensis: 1441 *LtK* 1930 p. 253. Prout actenus ipsi more nobilium decem lanceatorum possessionem hucusque ... habuissent: 1444 *Csáky oklt.* p. 379. Iacobus de Edesfalva iudex nobilium decemlanceatorum in Scepus: 1487 *Ibid.* 1931 p. 45. Comes Laurentius filius condam Petri de Czanthafalwa, iudex nobilium decemlanceatorum in Scepus: 1498 *Ibid.* p. 49. Georgius Therney de Hozelcz comes et iudex nobilium districtus decemlanceatorum in comitatu Scepusiensi:

1507 *Ibid.* p. 50. Mathias Benczyk de Zenth Andras comes et iudex nobilium decemlanceatorum in Scepus: 1524 *Ibid.* p. 54.

deceptorie *adv. insidiosae, dolose, fraudulentem*: Quia nos et multi alii dubitamus, utrum hostia sub castro Thorkw in ecclesia Omnium Sanctorum in quoddam vitrum seu cristallum conclusa sit vera, salutaris et miraculosa, an sit false, deceptorie, maliciose et inique procurata, ... idcirco *etc.*: 1346 *DI* 68 862.

decoctio, -onis *f. decoctum, decoctura*: Item aquam decoctionis cinamomi habet 6 et aliis rebus pro 4-or vicibus den. 64: 1522 *DI* 26 269.

decollectio, -onis *f. (decolleccio) actus aliquid colligendi*: Item pro decollecione ulnarum exposui flor. II den. XXXX: 1508 *DI* 32 632 fol. 3^r.

deferratus, -a, -um *ferro munitus*: Item habeo currum unum deferratum cum tectura panni rubei: 1504 *Balassa lt.* p. 171.

defunctorius, -a, -um *ad funus pertinens, ubi exsequiae solvuntur*: In cimiterio seu capella defunctoria ad latus ecclesie Beatorum Cosme et Damiani martirum fundate (*sic*) constructa ego magister Nicolaus ... facio ... testamentum: 1522 *Mon.eccl.* p. 74.

delatrix, -cis *f. femina, quae accusat*: Ex quo autem testis una mulieris in causam attracte persona vaga et delatrix cause eiusdem fuerit, alia vero amica et nurus, testimonium prebere non voluerunt, sepefatam dominam ... liberam pronuncciamus: 1503 *TT* 1909 p. 175.

demento, -are *occaecare, seducere, privare*: Prima ratio dicitur dementissime fatuitatis, quia vita carnalis brutalem reddit hominem et dementat a ratione: PELB.TEM. *Pom.sanct.hiem.* V, C.

demollio, -ire (*a de et mollis*) *aliquid mollius reddere*: Duarum domorum, ubi ferrum per folles demolliri consuevit, vulgo 'vosuereuhaz' appellatarum: 1392 *Zsigm.oklt.* I, 2461.

denariatus, -a, -um *qui venditur pro denario (?)*: Quatuor capones, duos denariatos de pane, de quolibet ligone denarium unum cum medio pro tunc corrente: 1414 *LtK* 1927 p. 143.

deonustator, -oris *m. qui plastrum exonerat v. onera deponit*: Onustatoribus et deonustatoribus frugum den. LXXV: 1510 *DF* 282 535 fol. 39^r *et passim*.

deplumbatio, -onis *f.* (deplombacio) *actus aliquid plumbo claudendi*: Regestrum super expensis Budensibus: ... Pro deplombacione ollorum dedi den<arios> LV: 1520 *DI* 47 396.

depresso, -are *affligere, frangere*: Videmus eciam, quod caro impinguata et bene pasta debilior redditur ad labores, sed <et ?> infirmitate carnis depressatur: PELB.TEM. *Pom.sanct.hiem.* VIII, C.

desolatorius, -a, -um *qui desolat*: Quod ... alias quasdam possessiones ab olym desolatorie subiectas vastitati ... inter se divisissent: 1341 *DI* 66 623.

desultorius, -a, -um *mobilis, levis, volubilis*: Lubrica, fluxa et desultoria sunt omnia fortunae munera: 1522 Veress, *Matri-cula* p. 471.

detrarchus, -a, -um (*ex contaminatione forsán τέταρτος et τετράρχης quartus*): Conspicit in celis mens prudens Ezechielis / quattuor obscuris animalia stare figuris, / prima leonina facies et deutra bovina / trina hominem ostentat, aquilam detrarcha retentat: *Brev.Strig.* p. 13^r.

diffamia, -ae *f. actus diffamandi*: *Rex Dominicum* pro diffamia et denigracione ipsorum personarum Ladislai et Nicolai ... in eorum homagiis, utputa in singulis quinquaginta marcis denariorum, pro indebita vero impetracione iurium possessionariorum eorundem in emenda estimacionis ipsorum condemnavit: 1408 *LtK* 1925 p. 103.

disca, -ae *f. lanx, catillus*: Item unum pelium (*recte forsán: pelvim*), duas scutellas, undecim discas plumbeas eidem ecclesie pro missis, plebano lego unum linteamen: 1523 *LtK* 1925 p. 131; *cf. Lexicon Latinitatis ... Hungariae III* p. 175 1.47^a *sqq.*

dissolutor, -oris *m. qui dissolvit aliquid*: Quamvis qua<e>-dam fraternitas inter <nos et> magnificum Ladislaum ... inhabitata <...> Deus fuit dissolutor huius rei, sed nunc <...> (*textus valde mutilatus et corruptus*): 1454 Roszner, *Ház.jog* p. 412.

diucitius (*forsán ex contaminatione diu et diutius*): Iohannes sponsus diucitius ubique locorum scrutando diligentius quesitus reperiri nusquam valuisset: *XIV^{med.} MKsz* 1886 p. 56.

dodrans, -antis *m. tres quartae*: Stephanus ... Belam cecum, patruelem suum ex testamento regem declaravit. Nam apertis

testamenti tabulis preter regni successionem ex dodrante (*i.e. trium quartarum partium*) heres legitur; quicquid supererat ex legato, partim sacris edibus et pauperibus distribuitur: BONF. II,6,143-144.

dolesco, -ere *lugere, compati, miserari*: Christiane religionis vires effluere nos medullitus dolescentes ... ipsum Nicolaum palatinum ... in ... regnum Francie permisimus: 1417 *LtK* 1992 p. 164.

domesticalis, -e *de aetate puellarum: nuptiis matura, adulta*: Item Iohanni filio nostro maiori legimus C florenos; item Ladislao filio nostro iuniori legimus C florenos; item pro filia nostra maiori Katherina legimus C florenos; item pro filia nostra iuniori Ursola legimus C florenos; ... item circa uxorem relinquimus C florenos ita, ut si nobis mors venerit, extunc predictos florenos, quos iuvenibus relinquimus, eis dare non audeant, nisi ad etatem viri pervenerint et virgines domesticalem: 1448 *DI* 14 134.

donatrix, -icis *f. quae donat, tribuit aliquid*: Et secundum Ambrosium in Exameron (*ubi?*) Luna est decor noctis, mater roris, ministra humoris, donatrix maris: *Serm. Quinqueecl.* p. 233.

dotalice *adv. dotem ecclesiae cuidam donando*: Claustro per dictam dominam reginam, genitricem nostram karissimam in honorem Sancte et Intemerate Virginis Marie in Veteri Buda pro religiosis dominabus sanctimonialibus ordinis Sancte Clare virginis de novo constructo dotalice provisionem facientes: 1352 *DI* 4320.

dragantum, -i *n. Dracunculus vulgaris Schott (?) v. Iris Pseudacorus L. (?)*: Draganti lot. 5 den.6: 1522 *DI* 26 269; *cf. Bartal, Glossarium* p. 230.

duhna, -ae *f. (Slovac.: duchna; Hung.: dunya) (dwhna) pulvinar, culcitra*: Una dwhna: 1458 *Lex.Hung.* p. 161. Unum pulvinar cum linteamine ac unam dwhnam: 1474 *Ibid.* Item media pars pulvinarum, cussinorum et duhnarum et unum stratum maius ... puerorum et dicte domine Frusine sunt: 1477 *Balassa lt.* p. 152. Item media pars dictorum universorum pulvinariorum, cussinorum et duhnarum, necnon duo strata minora ... ad portionem ... Ladislai cessissent: *Ibid.* p. 153. Quod ... castellani ... res et bona ... exponentis de curiis predictis, videlicet

cyphos argenteos quatuor, vitra crystallina, duos lectos vulgo 'nozolya' cum pulvinaribus, supellectilibus, lintheaminibus et cussinibus ad eosdem lectos pertinentibus, ... duhnas duas ... asportari ... fecissent: 1493 *DI 20 035*; cf. *Lex.Hung.* p. 161.

E

edictalis, -e *edicto factus*: Contra formam premissi decreti nostri edictalis: 1410 *Zsigm.oklt.* II, 7792; cf. *Lexicon Latinitatis ... Hungariae III* p. 279 l.37^a sqq.

efficatio, -onis *f. (eficatio) efficacia* (B 2): Igitur vestra auctoritate filiam eiusdem P., per mortem sic a suo dissolutam sponso, alii nubere legitime [nubere] non <ob>stante eficatione aliquali, permitatis: *XIV^{med.} MKsz* 1886 pp. 55-56; cf. *Lexicon Latinitatis ... Hungariae III* p. 287 l.52^b.

evulsio, -onis *f. actus (oculos alicui) effodiendi*: Per suspensiones, conbussiones, capitum pedumque et manuum ac alyorum membrorum truncationes, oculorum evulsiones, necnon per quaslibet alyas congruas penas *aliquem interficere*: 1399 *Zsigm.oklt.* I, 6094.

exactionatio, -onis *f. (exaccionacio) actus vectigalia ab aliquo exigendi*: Item ipse Ulricus honestos homines exaccionavit, ... deque exaccionacione nullus iuratorum penitus scivit, secundum quod originaliter in alio registro lucidius continetur: 1413 *DF 239 348*.

excombustio, -onis *f. actus aliquid adustione expurgandi*: Item Dominico seratori de excombustione caldarium XLIII den.: 1441 *DF 282 530* fol. 3^r.

excusatoria, -ae *f. litterae excusationem continentes*: Excusatoria (*inscriptio in libro formulas Ordinis Fratrum Minorum continenti*): a.1525 *LtK* 1972 p. 231.

exdecimatio, -onis *f. actus decimam solvendi*: Quod absque terragio supradicto nec in muneribus, nec in exdecimationibus teneantur: 1308/XVIII *Reg.Slov.* I p. 247.

exhortatoria, -ae *f. litterae exhortationem continentes*: Exhortatorie Italorum (*inscriptio in libro formulas Ordinis Fratrum Minorum continenti*): a.1525 *LtK* 1972 p. 229. Exhortatoria ad custodem: *Ibid.*

exigitio, -onis f. (exigicio) *exactio*: Quod nos populos ... prepositi ... cum quadam agravamine aliquantulum expressos, scilicet cum exigicione de qualibus bracsacione cervisie unum pecarium cervisie *excepimus* (*cf. inferius*: ne eadem exaccio cervisie in nimium usum convertatur): *1310 Reg.Slov.* II p. 323.

expurgativus, -a, -um *qui vim habet expurgandi* (*in imag.*): Item reperitur quedam medicina expurgativa superfluitatis, hec est pietatis contra infirmitatem avaricie temporalia superflua congregantis. Patet in multis medicinis, que faciunt purgationes et expellunt superflua: *PELB.TEM. Pom.sanct.aest. LXXVIII, D.*

extirpator, -oris m. (extirpator) *qui aliquid extirpat, abolet, delet, depellit* (*in imag.*): Iacobus de Marchia, vicarius Bosnae, ordinis Fratrum Minorum indagator et extirpator haereticae pravitatis per sanctitatem vestram ad regnum Hungariae destinatus, peragratis multis aliis ipsius regni partibus ... iam pridem ad hanc ... dioecesim cum suis fratribus applicuit: *1436 CD Hung. X/7 p. 812.*

extraeo, -ire foras ire; transl.: edi, publicari: Quod ... Osualdus huiusmodi census prefatarum duarum sedium de mandato ... Alberti regis exegisset et nil de eisdem patri ipsius exponentis, sed omnino prelibato ... contulisse asseritur, litteras etiam expeditorias superinde tunc extrahisse dinoscitur: *1476 Dl 63 260.*

exuitio, -onis f. (exvicio) *can.: actus aliquem ab officio exuendi v. destituendi*: Processus nostros et sentencias ... duximus continuandos seu continuandas, ac ad eiusdem domini ... abbatis dicte abbacie privacionem ipsiusque destitucionem, deposicionem, exuicionem (*ed.*: exvicionem) et inhabilitacionem in nomine Domini decrevimus facere procedendum: *1418 CD Zichy VI p. 508; cf. Lexicon Latinitatis ... Hungariae vol. III p. 501 l.39-45^b.*

F

fabricatorius, -a, -um *ubi aliquid conficitur*: Domorum fabricatoriarum ferri: *1388 Zsigm.oklt. I, 530.*

facies, -ei f. *iudicium, praesentia iudicis*: Iidem rebelles ... a facie nostra et sede nostra iudiciaria, non contenti de vestro

huiusmodi iudicio, ad regiam de facto appellarunt maiestatem ad terminum competentem: *1492 Acta Beatr.* p. 263.

fissor, -oris *m.* (ffissor) *qui lignum findit*: Cuidam fissori lignorum VIII den.: *1517 DF 282 535* fol. 106^r. Fissoribus lignorum VIII den.: *Ibid.* fol. 106^v.

folliculum, -i *n.* (foliculum) *theca, capsula (?)*: Item foliculorum serre 31 den. 9: *1522 Dl 26 269*.

formularium -i *n.* *liber formularum*: Fateor ... me recepisse a venerabili magistro Petro de Chabrag ... unum formularium instrumentorum impressum, aliud formularium supplicationum sacre penitentiae: *1518 Iványi, Könyvkult.* p. 27.

fraustractus, -us *m.* *forsan pro fraudatus v. frustratus*: Noverit vestre discretionis dominatio comitem P. ... Iohannem ... sponsum pergirasse (*sic*) et nullum penitus inditium ... eidem suspicaci vel mortis indagasse, et ad propria sua spe fraustractus (*sic*) redisse: *XIV^{med.} MKsz 1886* p. 56.

fundicitus *adv.* *omnino, plane (nisi vox ex contaminatione funditus et radicitus orta est)*: Quod ... populi ... sic omnino et fundicitus ipsum monasterium, dominum abbatem et fratres monachos suos destruere et anichilare intenderent: *1350 Kalász, Szentgotthárd* p. 154.

G

gustativus, -a, -um *suavis saporis, appetentiam cibi excitans*: Quemadmodum ab unius arboris productione radicali ramunculorum pluralitas diversorum diffunditur, inequalium fructuum tamen radice productorum ab eadem odor suavitatis (*cf. Gen. 8, 21; Ephes. 5, 2*) non mutatur gustativus, licet unusquisque arboris germinate ramunculus fructus suos contineat separatim et divisim: *1341 Dl 66 623*.